

V
B J
C
11119





ANALECTA HISTORICA

De

Sacrâ, in die Natalis Domini, à Romanis Pontificibus quotannis usitatâ Cæremoniâ,

ENSEM & PILEUM.

Benedicēdi, eaq; munera, Principibus Christianis mittendi.

In quibus

Exterarum Nationum plurima, Poloniæ, omnia exhibentur exēpla

Præcipue vero

Exacta RELATIO,

ultimæ horum Benedicti XIII. P. M. munerū collationis

SERENISSIMO

&

Ex libris Cl. [illegible] Wileszyns[illegible]
SSbet S. Canc. Cath: Crac

AUGUSTO.

REGIO POLONIÆ

&

ELECTORALI SAXONIÆ

PRINCIPI.

è fontibus Authorum Ecclesiasticorum, tum & Profanorum varij Idiomatis, petita.

&

COLLECTA.

Anno, quo Christus 1726

PILeo hVmanItatIs teCtVs gLaDIVm VenIt MIttere. *Matth.* 10. 34

XIII. Augusti.

VARSAVIÆ Typis S. R. M. Scholarum Piarum.



DECORI SEPTENTRIONIS
&
FIDEI PRÆSIDIO (a)
(a) (*Urbanus VIII. in Brevi ad Vladislaũ Prin. R.P.*)
SERENISSIMO
&
AUGUSTO, FRIDERICO, AUGUSTO,
REGIO POLONIÆ
&
ELECTORALI SAXONIÆ PRINCIPI.

Cum Voto: *Plinij Junioris* ad *Traianum* AUGUSTUM (*lib. x. ep.* 1.)

Divi Immortales festinant virtutes TUAS, ad gubernacula admovere, precor igitur, ut TIBI, & per TE, generi (Nostro) prospera omnia, & digna sæculo TUO contingant.

SACRUM Vult. Iosephus Andreas Załuski; suæ Serenitatis Canc. A.P.C.D.C.



P. Papini⁹ Stati⁹ Sylvarum lib 5. Ecl. 2. in fine Protrepticon ad Crispinum. Ed. Amster. 1653 p.m. 90.

TE mens absentem, circumspectabit Achillem,
Sed venies melior, vatum non irrita currunt
Omina, quiq; AQUILAS, Tibi nunc & Castra recludit
Idem omnes perferre gradus, cingiq; superbis
Fascibus, & Patrias dabit insedisse Curules
Sed quis? ab excelsis *Romanæ* collibus Albæ
Nunc suæ qui juxta prospectat mœnia ROMÆ
Proximus ille DEO; Famâ velocior intrat
Nuntius atq; Tuos implet (FRIDERICE) penates
Dicebam certè; vatum non irrita currunt
Auguria! en ingens reserat Tibi Limen honorum,
(PAPA) ac Ausonij committit munia FERRI.
Vade (PRINCEPS) tantisq; enixus suffice donis
Felix qui MAGNO, jam nunc sub PRÆSULE juras
Cuiq; Sacer, primùm tradit (BENEDICTUS ter) EN-
Non minùs hoc fortis quam si Tibi panderet ipse (SEM
Belli potens AQUILAS (Regiaq;) indueret ora
CASSIDE, vade alacer, Majoraq; (perge) mereri.

CARMEN DEDICATORIUM.

Cujus singulæ voces, ex Poëtis veteribꝰ, tũ & modernis sunt excerptæ, singula carmina ENSIS ac PILEI mẽtionẽ injiciunt.

LAus TUA MUCRO, stylus acinacis fulgur	Barl. & Sarb. l. 1. Lyr.
Arbiter ENSIS ades.	Silius l. 6.
Splendens ENSE corusco	Aratus
Quis dignior? nihil indigus ENSIS?	Apollon. & Sylius l. 2.
In CHALIBE horror (*honor*) inest	Iscanus l. 2.
His est, decus & tutamen in ARMIS	Virgilius.
Insignis TIBI ACINACE dextra	Val. Flac. l. 6
Sceptroquè replenda Mucrone est (*decorata*) manus	Sidon. Apol.
Nil ENSE nocebis	Sarb. in Epgi
Non asper est sangvine MUCRO	Lucanus.
Nec cædis GLADIUM; sed causâ sumis salutis	Phocylis
Ulturus *Vrbis* nomen affulget ENSIS	Sarb. l. 1. Lyric.
Tros Anchisiadis, nullis perterritus ARMIS	Virgilius.
Heu! primam GLADII sitim Pubes, Odrysiis imbue cædibꝰ	Sarb. l. 3. Lyric.
Virtus TIBI *Numen* & quem tenes.	
Magno de *Nomine*, Latio, qui micat, bene cognitus ENSIS	Statius l. 3. Theb.
ENSIS habet vires, vitiorum secator & hostis, nam quantum FERRO	Silius l. 17.
tantum pietate potens es.	Propert. l. 3.
Nunc Senior, GLADIOq; latus, scutoquè sinistram,	Ovid. 4. Trist.
(*Et caput*) GALEÆ subijciisquè Tuum	Mart. l. 14. Epigr. 32.
Militiæ decus hoc, & grati nomen honoris	Silius l. 4.
ARMA, (*utinam Regium*) cingere digna latus	Val. Flaccus lib. 3.
Instaurant GALEÆ Mundi decus!	
Martiâ CASSIDE ditaris	Sidonius.
Capitiq; minacẽ imponis GALEAM, fulvus cui crescit in altũ Conus	Silius l. 5.
CASSIS est munita à Viro, cui vertice surgens crista triplex (a)	Statius l. 7. Theb.
Ille etiam Clypeum, GALEAMq; honoro, incendit sydere	
In GALEA, renidente hyacintis	Claud.
Fulgurat ipse nitor GALEÆ claro radiantis ab auro	Ovid. l. 14. Met.
Et pictum gemmis GALEÆ jubar,	Statius l. 9. Theb.

(a) *Tiara Papalis*

Stat

Stat CASSIS, utrinquè ſydereis hirſuta jubis | Claud.
GALEA lata, (*Columbâ*) (b) ſuſtinet, cæleſtes efflantem faucibus i-(gnes | Virg. l 7. æn.
In (*hâc*) GALEA formoſus es | Ovid. l. 10. Met.
Placidi radiant in CASSIDE vultus
Quænam! hæc ſub CASSIDE ſanctâ (*ſpecies.*) | Claud. deHē.
Velatam lauro, inſolitisq; decet GALEAM miteſcere ſertis | Barclaius.
Ferratus floreſcat apex, horrorquè recedat | Claud. de 4. Conſulatur.
Martius, & criſtæ placato fulgure vernent | Hon. &l. 1. de Prof.
Pulchra CASSIDE & armis conſpicuus | Iſcanus l. 5.
Et rutilus criſtis & CASSIDE major | Silius l. 6.
Fronde ſuper GALEAM & felici cōptus olivâ
Indueras GALEAM, curruquè ſedebas celſior | Petr. Apol.
In prælia victor emicas, & GALEÆ fers (*domum*) donum inſigne co. | Claud. deHō.
Iam Patrias imple GALEAS ... (ruſcæ. | Virg. l. 7. Æneid.
Iam TU adplectra veni, tritus cui CASSIDE crinis, | Iſcanus l. 5.
Exijt è GALEA, ſors exoptata (*Polonis*) | Silius l. 16.
Ad Diadema venies, rutilum cui (*Præſulis*) oſtrum | Claud. 4. Coſ. Hon.
Depoſito thorace datur. | Homerus.

Ita precatur
& ominatur. | Sidon. Apoll.
Idem qui ſuprà.



(b) *Spiritus S. ſub ſpecie Columbæ in galeâ effigiatus.*

PARE-

PARÆNESIS
Ad LECTOREM.

Si Amicus es, ſaluto, ſi inimicus deprecor, ſi neuter præoccupo.

Q*Væ mihi fuit occaſio ſcribendi, tibi B. L. neceſſe ſit ratio indulgendi. Hǎc etenim, quam tractaturus ſum materiam, tam ubiq; intractatam deprehendi; ut eâ de causâ, occaſione ſolennis,* Enſis *&* Pilei *benedictorum; nuper* Sereniſſimo PRINCIPI *Regio Pol. & Elect. Sax. collationis, hanc lucubratiunculam, feſtinante calamo, & litterâ litteram premente unius ferè ſeptimanæ ſpatio, idq; circa frequens Aulicum obſequium interrupto, exaratam, ad luculentam noſtratum de hâc ſacrâ Cæremoniâ informationē, è prælo; in lucem protrudere decrevi. Vt id præſtitiſſem, multo niſu, ſexcenti authores priùs mihi excutiendi fuerant; Sic itaq; primam glaciem frangenti, indulgere expedit. Ecquidem exſtare cujusdam* Caroli Cartari *Advocati Conſiſtorialis, Tractatum de Roſâ benedictâ Romæ vulga-*

vulgatum accepi; in quo fortè aliqua, ad meum institutum spectantia deprehendissem, si hoc opusculum (prout & Iacobi Gretseri *Soc. IESV, de Benedictionibus) reperire potuissem. Præmisso itaq; unius alteriusve Liturgici Authoris, de praxi Benedictionis horũ Pontificiorũ munerũ, testimonio, ad exempla, eorundem, Christianis Principibus collationis, apud Historicos depræhensa, studium meum converti, eaq; decerpta, in duas Classes, exterorum & domesticorum, ordine Chronologico disposui. Hujusmodi schema in tabulâ adjectâ, dispositum habes, ut in ictu oculi; quo Anno, quisq; Papa, cui & per quem; quoq; loco, ea munera transmiserit, deprehendere valeas. Solenne mihi fuit, in ipso lucubratiunculæ hujus contextu, ad margines, loca Authorum annotare; Etsi haud ignorassem illud Lipsij in ipso monitorum Politicorum vestibulo dictum.* Exempla quæ hîc sunt, scito ab optimis, nec obvijs Authoribus esse; & cur eos non edidi? quia novitii & grammatici commatis, illa cura videtur, & aut à vano aut pusillo animo esse, à vano, si lectionem varitã jactas, à pusillo, si diffidis credi, nobis ætas & priora scripta, fidem vindicant, qui abrogat, inquirat?

quirat? *Quid dicam? prioribus illis lectis jam citationes seposueram; Vltima hæc, quæ ab ætatis & aliorum scriptorum præjudicio, auctoritatem & fidem aucupantur, quia in me, vix prætextam exuto, & primum nunc scriptum edente, deficiunt, calamum vel invito ingesserunt, ad subjungendos ac intento veluti digito monstrandos, ex quibus, historicas veritates hausi, Authores; quorum testimonia varij Idiomatis, latinè passim reddidi, nec tamen genuina uniuscujusq; verba, afferre neglexi, pro majori fide, tum quod illa Idiomata, apud nos maximè in usu sint & sciantur. Interservi hic aliqua, quæ ad institutum meum spectare non videntur; prout illa de* rosa benedictâ *exempla, quæ eodem cum* Pileo *ac* Ense *acta sunt anno; tum & originem desponsationis maris Adriatici, diffusiorem Vladislai IV. Principis Regij Pol. peregrinationis Romanæ, tũ & receptionis Bruxellis à* Marselaer *scriptæ descriptionẽ, sermonẽ à Ioh. Casimiro Denhoff, Ablegato ad S. Sedem (dein Cardinale) circa collationem labari Ottomanici, à Rege Iohanne transmissi, habitum, Ejusdem Regis Elogium, Romæ erigendo Colosso inscribendum, tum & aliud ab anonymo Gallo, scriptum,*

ptum, & in his oris ignotum. tum & alia quædam de personis & rebus Polonicis curiosiora, &c. quod ideo feci, ne fragmenta illa aliquomodo pereant tum quod difficilè alibi & actutum inquirerentur; deinde quoq; ut scriptionem meam aliquomodo adornarem; & ad illius lectionem allicerem. Hinc collectorem me non Authorem professus, Lipsianam illam in notis obijcio cautionem. Lapides & ligna, ab aliis accipio, constructio tamen ædificii & forma tota nostra est, architectus ego, materiam operi undiq; congero. Nec aranearum textus ideò melior, quia ex se gignunt, neq; vilior noster, quia ex alienis libamus ut apes. *His Te præmonitum volui nescius ne esses; Vale diu sospes, & tempori ac ætati concedere assuesce.*



De BENEDICTIONE ENSIS & PILEI

Andreas Piſcarius Caſtaldus Sacerdos Congregationis Clericorũ Regularium, in *Praxi Cæremoniarum ſeu ſacrorum Rituum Eccleſiæ Romanæ.* lib. 3. ſect. 2 cap. 3.

De Officio Noctis Natalis Domini in Capellâ Papali.

Ed. Neapoli 1645. f. p. m. 393.



Omæ in Palatio Apoſtolico officium hujus ſacratiſſimæ noctis ſolemniter celebratur, ante mediam noctẽ &c. Primum omnium conſueverũt Romani Pontifices hâc nocte procedere ad Cameram Paramentorum; ubi Apoſtolicus *indutus amictu alba, cingulo, & ſtolâ, benedicit* enſem *cum* capello *Ducali, ornato margaritis, quem ad aliquem Magnum Principẽ, poſtea trãſmittere ſolet, atque etiam ſi adeſſet, dare, dum autem benedicitur, ipſum tenet Clericus Cameræ aſſiſtẽtibus, interi DD. Card. cappis rubeis indutis. Benedicto Enſe, Põtifex aſſumit Cappã ſericeã de cremeſino, quâ ſingulariter in hac nocte utitur, & procedit ad Capellam, hoc ordine:*

 Pre-

Præcedit omnes Clericus Cameræ Enſem *cum* galero *præferens, poſt ipſum ſequitur Subdiaconus Apoſtolicus Crucem deferens, poſt Crucem, præcedendo omnes immediatè Summus Pontifex, cum non utatur mitrâ, incedit, quem ſequuntur Domini Cardinales. Pontifex in ſuâ ſede ſtans inchoabit Matutinum, &c. Miſſa ſolemniter à Presbytero Cardinali celebratur, &c. Finitâ Miſſâ Papa dat Benedictionem, deindè recedit, cum Cardinalibus & Prælatis, præcedente Clerico Cameræ cum* Enſe & Pileo, *quem immediatè ſequitur Subdiaconus deferens Crucem, ſequũtur Officiales, Prælati, Cardinales quilibet ſuo ordine, & ultimò tandem poſt omnes Papa, quia tunc eſt cum mitrâ.*

itt. iin M ſſ. Polvia Sácra pag. 237.

Marcel. Archiep. Corcir. lib. 1. Sacr. Cerẽ. c. 7.

In nocte Nativitatis Domini, conſueverunt Romani Pontifices, Enſem *benedictum, cum quodam capello ducali, ornatum candidis margaritis in formam Columbæ, alicui Magno Principi ſi præſens eſt dare, vel ſi non ſit præſens trãsmittere. Sixtus IV. aliqua ordinavit, circa enſis benedictionem, quæ fit à Summo Pontifice induto, Albâ, cinguio, amictu, & ſtolâ antequam ſumat*

mat

mat Cappam purpuream quâ in in hâc nocte uti solet, ac dicente, Adjutorium nostrum &c. Benedicere digneris quæsumus Domine I. C. hũc Ensem in defensionem S.R.E. &c. *aspergit Ensem ac incensat.*

Hujus Cæremoniæ significationem exponit memoratus Sixtus IV. dicens: Solent Romani Pontifices, in præclara Natalis Domini celebritate, Christianissimo, Clarissimoq; alicui Principi, ornatum Ensem *dare, aut destinare; quæ res profectò non caret mysterio. Vnigenitus nãq; Dei Filius, ut humanam naturam suo reconciliaret auctori, eam assumere dignatus est, ut invẽtor mortis diabolus, per ipsam, quam vicerat vinceretur; quæ quidem victoria per Ensem congruè designatur. Fuerunt insuper infideles Ariani, qui non veriti sunt Filium DEI, puram Creaturam affirmare, cum tamen hodierni Evangelij scriptura testetur, Deum omnia fecisse per verbum. Largitur itaq; præsenti die Pontifex Maximus, Ensem signantem infinitam DEI potentiam, in CHRISTO DEO vero, Patriq; æquali, & vero homine, residentem, &c. Figurat deniq; Pontificalis hic gladius, potestatem summam tempo-*

temporalem, à Chriſto Pontifici ejus in terris Vi-
cario, collatam; juxta illud: Data eſt mihi omnis
poteſtas &c. *quam declarat Cappa ſericea. quã*
Pontifices geſtare ſolent, in nocte Nativitatis
Domini Noſter ò volentes, ut æquum eſt, ap-
probatas SS. Patrum conſuetudines obſervare,
ſtatuimus. N. *Principem Catholicum, Sanctæ*
Sedis, à DEO, *utrumq; gladium habentis Fili-*
um, hoc noſtro præclaro munere, inſignire; nec
non & hoc Pileo, in ſignum muniminis & de-
fenſionis adversùs inimicos fidei & S.R.E. pro-
tegere. Firmetur itaq; manus Tua, contra ini-
micos S. Sedis, ac Chriſti Nominis, & exal-
tetur dextera Tua. &c. &c. hactenùs
Sixtus IV.



T A B U L A;

Exhibens Ordine Chronologico exempla collationis munerum Pontificiorum
ENSIS & PILEI
benedictorum, in hac lucubratiunculâ,
historice relata.

dies Colla-	Annus tionis.	Nomen Summi Pontificis mittentis.	Nomen Regis vel hæc cui munera.	Dignitas Principis collata, vel missa.	Nomen Ablegati: per quem missa.	Locus receptionis.
	1177.	Alexander III.	Sebastiano Ziano	Duci Veneto.	per se	Venetys.
	1202.	Innocentius III.	Guilelmo	Regi Scotiæ.		
	1204.	Idem.	Petro	Regi Aragoniæ.	per se	Romæ
	1460.	Pius II.	*Alberto*	*Marchioni Brandenb.*	per se	Mantuæ
	1460.	Idem.	Friderico III. vel IV.	Imperatori	per se	ibidem
	1461.	Idem	Ludovico XI.	Regi Galliæ		
25dec.	1468.	Paulus II.	Friderico III. vel IV.	Imperatori eidem.	per se	Romæ
ante	1497.	Innocentius VIII.	Henrico VII.	Regi Angliæ.		
	1497.	Alexander VI.		Ei idem.		Devoriæ
25dec.	1497.	Idem.	*Bogislao X.*	*Duci Pomeraniæ.*	per se	Romæ
	1525.	Clemens VII.	*Sigismundo I.*	*Regi Poloniæ*		f. Cracov.
	1535.	Paulus III.	Andreæ Doria.	Præfecto classis maritimæ Caroli V.		f. Centu cellis.
8 Febr.	1537.	Idem.	Jacobo V.	Regi Scotiæ.		Parisiis
15 Febr.	1540.	Idem.	*Sigismundo Augusto.*	*Princ. Reg. Poloniæ*	Hier. Rosarium	Cracoviæ
1. Maij	1568.	Pius V.	Ferdinando Toletano	Duci Albanensi.		
25. Dec.	1574.	Gregorius XIII.	Carolo	Princ: Cliv: & Iuliæ	per se.	Romæ
	1580.	Idem.	*Stephano Battoreo.*	*Regi Poloniæ*	Paulum Uchanski	Vilnæ
1 Augusti	1586.	Sixtus V.	Alexandro Farnesio.	Præfecto Belgij	Ant. Grimanum	Gnadeta
	1588.	Idem.	Henrico Guisio	Præsidi Confæd.		Parisijs
	1593.	Clemens VIII.	Vilhelmo d. Religioso	Duci Bavariæ	Com: Alphonsum	f. Monachy
	1617.	Paulus V.	Alberto	Principi Belgij		f. Bruxell
	1626.	Urbanus VIII.	*Vladislao Sigismundo*	*Princ. Regio Poloniæ*	Per se.	Romæ
	1672.	Clemens X.	*Michaeli Wisniowiecki*	*Regi Poloniæ*	Petr. Korycinski	Varsaviæ
	1684.	Innocentius XI.	*Ioanni Sobieski*	*Regi Poloniæ*		Zolkviæ
	1690.	Alexander VIII.	N. Morosini	Duci Venetiarum	M. A. Conti dein Papâ	Venetij
	1716.	Clemens XI.	Eugenio à Sabaudia	Generalissimo Imp.	Horat. Rasponum	f. Vienn.
	1725.	Benedictus XIII.	Ant: Emm: de Vilheña	M. Magist. Melitensi	Olivieri	Melitæ
11. Augusti.	1726.	Idem.	*FRIDERICO Aug.*	*Princ. Regio Poloniæ*	Stan. Miaskowski	Varsaviæ

EA semper fuit Pontificum Romanorum ratio; ut Reges, Principes; Proceresq; Christianos, *docentis manus ad prælium; & Digitos ad bellum Domini bella bellantes*, vel certe pro fide orthodoxâ ac Ecclesiâ Christi decertaturos, impertitâ benedictione vehementius animarent, & ad *Castra Domini exercituum*, in hoc signo victuros, propulsarent. Cum verò sensus internos per signa exteriora depromere vellent solenne ipsis fuit quotannis, *Gladium utraq; parte acutum* superposito Ducali pileo; ritu Sacro benedicendi; eaq; munera; prout *gladium spiritûs, & galeam salutis* è Principibus magni nominis uni, benè de Ecclesiâ merito vel adhuc benemerenti, per suos Ablegatos transmittendi, vel certè, (cujus exemplum unicum quod sciam; aut ferè rarum, simulq; domesticum in Vladislao IV. tunc Principe Regio Poloniæ demùm Rege) in manus, prævijs solitis precibus & obsecrationibus, tradendi. Quòad tempus ejusmodi Consecrationi prædefinitum; illud fuisse; in Vigilia Nativitatis Dominicæ, (24. Decembris,) abunde colligitur ex vetusto quodam Libro

Ad Ephesios 6. v. 17.

 bro

In Theatro V. H. V. Honor: bro cæremoniarum à Beyerling citato; ubi hæc reperiri afferit verba. *Pontifex Romanus in Vigiliâ Nativitatis Domini ensem Consecrat, cum galero principali; cumq; Principi alicui Christiano contrâ Religionis hostes pugnanti vel pugnaturo, quasi victoriæ symbolum & incitamentum, muneris loco mittit.*

V. Pibzza Eomerologio Sacra Sacro Romu. 1690. in 12. P. 2. p. 573. Ratio, ac connexio hujus instituti cum Divinissimo Natalis Dominici mysterio, è verbis circà collationem horum munerum à Prælato Celebrante adhibendis, in hunc sensum eruitur. Congruit „sanè quam maximè, nascentis Christi festivitati, „antiqvum istud ac venerabile, Romanæ Ecclesiæ „Institutum, designatur enim hoc pacto, conflictus „ille pro nobis initus, in quo Unigenitus Filius DEI, „magno & mirabili æquitatis Jure certando, na„turam generis assumpsit humani, ut inventor mor„tis diabolus, per ipsam, quam vicerat, vinceretur; „nosq; eruti de potestate tenebrarum in DEI Lu„men transferremur & Regnum.

Sixtus IV. hunc benedicendi prædicta insignia morem imprimis usurpâsse dicitur, ut quidem habet supramemoratus cœremoniarum Liber. At, antiquiorem ejusmodi fuisse ritum; asseverare haud dubitavero. Nam; Anno adhucdùm 1177. Alexander III. Sebastianum Zianum XXXVIII. Ducem Venetorum, *aureo ense & umbrellâ galero persimili*, alijsq; equestribus insignibus decorâsse dicitur in vitis Ducum Venetorum, à Petro Marcello, Sylvestro Girello, & Henrico Kellnero, collectis; (Ed. Franc. 1574. pag. mihi. 46.) affere genuina verba placuit; „ Dum „igitur in tanti belli (cum Friderico Impp:) ex„ pecta-

pectationem; Civitas (Venetiæ) erecta esset, tre-"
pidissimis nuncijs affertur, Otthonem Friderici"
filium cum 75. triremibus haud procul abêsse;"
Quo Nuncio audito Veneti, quàm maximâ pos-"
sunt celeritate classem expediunt; Interim à Pon-"
tifice, cum omni Clero supplicationes fiunt, pro"
speram navigationem; prosperam pugnam Duci
Venetisq; omnes deprecantur. Inde ad Zianum
Pontifex conversus classem ingressurum, aureo
ense alijsq; equestribus insignibus illum decora-
vit. „ Ex his verbis colligitur Zianum à S. Ponti-
fice, aureo ense donatum fuisset jam verò de pi-
leo, videtur innuere Iohannes Sella Sacerdos Ve-
netus, in opusculo de vitis ac gestis Summorum Pontificum; cùm inter reliquas gratias: dona & munera, ab Alexandro collata, *tertiò* (ait) *eidem Principi umbrellam concessam fuisse, quod est ornamentum galero persimile.* Confirmant istud duo Scriptores Anglici de vitis Pontificum, Barns pag. 263. eaq; ultimâ, ac Balæus 272. ijsdem ferè verbis: „ Pontifex, ut Venetjs aliquam rependeret gratiam, pro acceptis beneficijs Sebastiano Duci & Senatui donaria dedit, Pontificiâ largitione (*Barns* Sanctitate) non indigna, (& paucis interjectis) *Quintò* Duci dedit, octo vexilla serica (*Balæus* atq; umbellam galero persimilem.) „

2. Edit. anno 1650. p. mihi 179.

Lugd. Batav. edente Lydio ac 1618.

B. Platina, idem subaudire videtur, licetsi per oscitantiam, vel brevitatis causâ, dicta munera non specificaverit; dum; ait; *Abeuntem Venetijs Alexandrum, cum 15. triremibus Gvilelmi Siculi, & 4. Venetorum, ornâsse, ob beneficium acceptum, eorum*

Ed Coloniæ 1574. in f. p. m. 181.

Summum Magistratum, insignibus quibusdam & muneribus. Dominicus Tempesta pariter illâ tempestate, ait: *Civitatem hanc ob insignia beneficia eximijs muneribus & privilegijs decoratam fuisse.* Has gratias, munerâ, & privilegia, eo modo enumerat suprà memoratus Stella 1. Alexander Duci & " Senatui Veneto funale candidum concessit, quod " solis Pontificibus Romanis portandum consve-- " tudo, erat *Item*, quòd plumbo eorum Epistolas " ac Privilegia sigillare deinceps possent, quod tan- " tùm Summis Pontificibus licitum erat, *Tertiò* ei- " dem Principi umbrellam concessit, quod est or- " namentum galero persimile. *Quartò* Venetorum " Principi etiam in theatro sedem fieri fecit cùm " prius, duæ tantum in Papæ theatro sedes erant " quarum dexteram S. Pont. sinistram verò Cæsar " tenebat, *Demùm* in Ascensione D. N. J.C. plena " riam Indulgentiam, in Templo D. Marci Evang. " perpetuò duraturam concessit, & obtulit. *Sexto* " deniq; cereum candidum eidem condonavit, " quæ omnia in Palatio Divi Marci arte ac ingenio " Gentilis Bellini, nunc miro artificio depicta vi- " dentur; Paulo diversimodè hæc descripta reperio in citt: DD. Venetorum vitis; Ferunt cum umbellæ duæ Pontifici & Imperatori adductæ " essent, Pontificem, tertiam, Venetorum Duci af- " ferri jussisse, quâ ille cum posteris perpetuò utere- " tur (post pauca) Alexandrum Romam ingressum, " ingentiq; lætitiâ à suis exceptum, cùm argenteas " tubas, inter reliqua officij genera conspexisset, " adeos conversum, qui ei ministrabant, ex ipsis tu- " bis,

Ed. Romæ 1506. pag. mihi 197.

Palatinus de gestis Pont. Rom. Ed. Venet: 1687. T. 2. p. m. 633.

bis, octo, cum totidem aureis vexillis, Veneto,, Duci in adeptæ victoriæ memoriam afferri jussis-,, se simulq; ei, auream sellam ab ipso donatam fu-,, isse; quæ omnia Veneti Principes perpetuò ge-,, staturi habenda acceperunt.

Origo usitatæ Venetijs Ceremoniæ; desponsationis maris; ad hoc idem tempus refertur; in supramemoratis vitis DD: Venetornm; nàm Alexander Ziano, Dominium maris Adriatici tunc contulit; si penes authorem fides. ,, Ziano post fusam fugatamq; hostium classem reverso, Pontifex primùm victoriam gratulatus deindè aureum tenens annulum, accipe (inquit) Dux & me auctore ipsum mare tibi hoc obstrictum pignore desponsato, idq; deinceps cum tuis successoribus, quotannis statuto die servabis, ut omnes posteri intelligant maris possessionem jure belli, Vestro deberi Imperio. Unde quotannis die Anscensioni Domini Sacrâ, (quo die nundinæ Venetijs fiunt,) adhibentur ad convivium à Principê hi, qui virilem ætatem attigerunt, qui summo mane deducunt domo Ducem, unaq; cum eo navem conscendunt, quàm ornatissime ad hos usus constructam, quam Veneti *Buccentaurum* vocant, postquam verò æstuaria sunt egressi cùm primùm Liberum apertumq; mare intueri licet (hujus Pontificis Alexandri III. Beneficio, qui hanc Rempublicam, pro his & alijs fortiter & egregiè gestis contrà communes Christiani nominis hostes honestare voluit) Princeps jacto annulo aureo in mare, inquit totidem fere verbis, se in signum veri

Loco citt.

Cardinalis Contarenus collect. operum Editt. Venet. 1578. fol pag. mihi 282.

ri perpetuiq; Imperij eo annulo mare deſponſare; His adduntur ab Urbis Præſule ceremoniæ quædam, quibus peractis deſcendunt in ædem D. Nicolao dicatam, vetuſtam ſanè & quæ in littore condita eſt, quod mare ab æſtuariis diſterminat, ibi Sacra myſteria celebrantur quibus ritè peractis, conſcensâ rursùs navi Venetias reverſi, Principem domum reducunt, ſimulq; conviyantur. Bernardus Georgius Patritius Venetus Periocha 8. publicarum Sollennitatum Venetarum ſic hanc cœremoniam; non invitâ deſcribit minervâ.

Milite collecto, multoſq; triremibus auctius,
Intulit in Venetos Rex Otto bella Patres.
Quod dum Pontificem hoſpitio ſervaſſet in Urbe hâc
Apprenſum nollet quodq; dediſſe ſibi.
Contra quem validas Veneti eduxere triremes,
Hoſteq; devicto mox rediêre domum
Captivos Regem ſecum, comitesq; trahentes;
Remigium, ſcaphas, tegmina, ſigna, tubas,
Unde Duci excelſos Papa eſt largitus honores
Cui maris una etiam contulit Imperium
Hinc Buccentauro vehitur, Dux quolibet anno
Hinc epulo nautas, proſequiturq; Patres.

Nondum hic demum ſuæ Pontifex finem poſuit munificentiæ nàm, eodem anno, quadrageſimali tempore Zianum, aureâ roſa donavit; referente Bland. l. 6. dec. 2. & Carolo Sigonio lib. 14. Regni Italici. Alterum; prædictæ enſis & pilei benedictionis exemplum; exſtat in Innocentio III. ad Annum 1202. quo, Gvilelmo Scotiæ Regi, per ſuum Legatum dono tranſmiſit enſem;

cujus

cujus capulus vaginaq; auro, & gemmis diſtincta erant; galerum itèm purpureum, multis in ſuper indulgentjs ac provilegijs eum honoravit, in præmium, quòd ſtrenuus fuerit *defenſor fidei*; (referente Hectore Bœtio). P. Kwiatkiewicz; in Annalibus Eccleſiaſticis ad dictum annum; id ſimiliter refert hoc ſuperaddito; quod ea dona tantoperè Gvilelmo fuerint grata, ut devotionis in populo augendæ gratia, cunctis injunctum fuerit, integro triduo, ab opere vacare, ſingulis feſtiva quæq; lætitiæ ſigna demonſtrantibus. „Kro-
"lowi Szockiemu Vilhelmowi poſłał Innocenci-
"usz Miecz z rękoieśćią złotą, drogiemi kámieńmi
"ſádzoną, y nákryćie głowy purpurowe, ná znák
"tego że był obrońcą wiáry; ktory podárunek ták
"mile od Krolá y wſzyſtkich przyięty że tegoż dniá
"zákazáno wſzyſtkim roboty áż do dniá trzećiego
"dla nabożeńſtwá, á przytym rożne inſze znáki
"rádośći pokazáne.

Lib. 13. Hiſt. Scoticæ.

Ed. Caliſſij. 1695. f. pag 12. n. 4.

Boetius l. cit.

Hic notandum venit, eundem ipſum Gvilelmum Scotorum Regem, Legatos ad Alexandrum III. P. M. (qui nomine ſuo obedientiąm declararent) Romam miſiſſe, jam verò Alexandrum viciſſim Roſam auream, balſamo oppletam, judicium ſingularis adverſus Regem charitatis per eoſdem dono miſiſſe, privilegijs inſuper compluribus donâſſe. Anno 1204. Petrus Rex Aragoniæ, Vir ſtrenuus, regalis avidus magnificentiæ, (apud namq; Arragones, mos non erat Regem coronare ſed equitem creare, cùm uxorem duceret vel eſſet Annorum 20.) Romam venit, ubi ex more

more adorato Pontifice in vaticano exceptus, tertio ab ingressu die, in æde D. Pancratij, coronam eum accepisset ab Innocentio III. mox juramentum fidelitatis emisit, hisce verbis. *Ego Petrus Rex Aragonum profiteor & polliceor quod semper ero fidelis & obediens D. Papæ Innocentij III. ejusq; Catholicis Successoribus, & Ecclesiæ Romanæ, Regnumq; meum in ipsius obedientiâ fideliter conservabo defendens fidem catholicam, & persequens hæreticam pravitatem; Libertatem Immunitatem Ecclesiæ custodiam, & ejus jura defendam, in omni terrâ potestati meæ subjectâ, pacem & justitiam sevare studebo. Sic me Deus adjuvet & hæc S. Dei Evangelia* Præstito Iuramento redijt in Basilicam S. Petri cum Summo Pontifice, ubi super Altare Sceptrum ac diadema deposuit, demùm ab Innocentio III. *ensem* accepit militarem, regnumq; suum S. Petro subjecit, constituto annuo censu, per suos Succesores solvendo (ut ex paginâ instrumenti apud Rodericum Toletanum lib. 6. cap. 4. Marianam lib. 11. cap. 21. Suritam lib. 2. cap. 51. Palatium ingestis Pont. Rom. T. 11.p. 728. n.28.) P. Kwiatkiewicz ad dictum. Annũ pag. 16. n. 6. idem sic expressit vulgari Idiomate: *Tenże Innocencyuß Piotrá Królá Arágońskiego, w Rzymie w Kośćiele S. Pánkrácyußá Koronował; á Krol ten potym do Kośćiołá S. Piotrá támże záßedßy, tám ná Ołtarzu Koronę y Berło złożywßy, Mieczem od Papieżá opáſány; Krolestwo swoie S Piotrowi ofiarował y iemu zá dußę swoię y Rodźicow, dań z niego dawáć postánowił, co rok pułtrzećiákroć złotyśięcy Czerwonych złotych. Ták śię Krolestwá temu Rybołowowi podáią.*

En!

Anno 1460. Pius II. (quò sexto kal: Junij venerat) Mantuæ existens, & *ensem* & galerũ Alberto Marchioni Brandeburgensi ad se venienti dono dedit (uti videbimus infrà)

Simile *ensis* donum eodem tempore, à Pio Friderico III. vel ut alij volunt IV. Imperatori, transmissum fuisse videtur innuere *Palatiùs*; his verbis: *Pius Christianos de suo Mantuam adventu certiores factos hortatus, ut Mantuam venirent, ne occasione recuperatæ Peloponesi Christiani abuterentur oblatâ ------ Eodem itaq; argumento ad Gallum missæ Litteræ, & ad Fridericum Imperatorem, Venetos, Burgundos, cæterosq; Duces. Adjecit ensem* Pius *quem Imperator excepit, sed ferrum non in Turcas sed in Vngaros distrixit.* Op. cit. tomo 4. p. 609.

Anno 1461. Pius II. P. Ludovicum XI. Galliæ Regem contra Turcas incitaturus, eidem *ensem benedictum* sacrâ Nativitatis Domini nocte vaginâ gemmis & auro ornatâ inclusum dono misit, his versibus inscriptum:

Exerat in Turcas tua me Ludovice furentes
Dextera Grajorum sanguinis ultor ero.
Corruet Imperium Mahometis, & inclyta rursùs
Gallorum virtus, Te petet astra duce.

(Prout refert *Spondanus* Tomo. 2. Annal. Anno prædicto. n. 19. *Gobellinus* lib. 7. Comment. Pij 2. *Palatius* op. citt. Tomo 3. pag. 606. & P. *Kwiatkiewicz*, op. citt pag. 514. his verbis.

Posłał potym temusz Krolowi miecz poświęcony w pochwach od złota y kamieni drogich, na ktorych te wiersze były: *Exerat. &c.*)

Sequenti anno venere à Ludovico Legati ad Pontificem, inter quos duo erant Cardinales; per eos Rex innumeras se copias in Orientem transmissurum, nec Turcas modò Europâ exacturum sed Asiam quoq; ac Sacrosanctum Christi Sepulchrum recepturum, gloriose pollicitus est. (Prout memorat *Ludovicus Aurelius* in Epitome Baronianâ. Eodem Anno Pius, Thomam Paleologum Constantini Augusti fratrem Pelopponensi Dinastia Turcarũ armis dejectum, ac Romam venientem profugũ perbenigne exceptum (ædibus illi apud S. Spiritûs nosocomium aureisq; menstruis 300. attributis) *Rosa* aurea; honoris causâ donavit. Ed. Paris 1665. in 12. p. m. 509. & 507.

An-

Anno demum 1468. Kal: Decemb: præmemoratus *Fridericus* Imperator Romam venit voti solvendi causà, (teste Papiensi ep. 410. & libr. 7. Comment) quod ad ædem Apostolorum ex Germaniâ voverat; Eius receptionem diffuse describit citt. *Palatius*: nobis sufficit aliqua excerpsisse. Natalis Domini nox illa erat & hora jam quinta; (secundum usum horologij Italici post occasum solis videlicet 5.) Pontifex Paulus qui expectare Cæsarem atq; excipere ad portam argenteam in vestibulo constituerat indecorum judicans, illâ horâ eam rem fieri, in chorum ascenderat, & sacrum Matutinum jusserat inchoari ad solium rediens. Ad eum igitur per media Cardinalium Religionum Sacerdotumq; dextra & læva, in veste sacra dispositorum, hymnos transeunti concinentium, collegia Imperator accedens, pedem, manum, & faciem deosculatus est, sed post pedis, manûsq; osculum, allevans eum altiùs Pontifex, & de sede assurgens, præcipuo affectu, in utrùmq; latus, illum complexus est, moxq; in propinquâ sede collocans, inter se Patresq; ad dexteram mediâ, ad complendum sacrum suo se loco continuit. Eo absoluto Diaconi Cardinales duo, ad Altare Cæsarem deduxerunt, ad cuius ille a situ primũ in genua procidens, oravit votum solvens, ac perseveravit, donec divinæ preces super eum à Pontifice mitterentur. Earum hæc fuit prima solemnitas. Cantaverunt altâ voce, duo ex Choro: *Elegit eum Deus & excelsum fecit præ Regibus terræ* Chorus respondit. *Glorificavit illum in conspectu Regum & non confundetur.* Hinc Pontifex reliqua peregit. Inde è solio descendens, dextramq; Imperatoris apprehendens in Cubiculum ad quietem perduxit. Cum verò non putaret hoc primo ac pené tumultuario matutinæ laudis officio tantæ nocti satisfactum solemnius aliud consuit iterandum. Itaq; ad horam XII. secundum indixit. In eo Cæsar, vetusto sedis ritu, *ense de manu ejus cum benedictione accepto*, eoq; ut erat nudus, armigero tradito camiseum stolâq; albam & pluviale, ministrantibus Diaconibus Cardinalibus sumpsit, ijsdemq; latus ejus claudentibus, Evangelium lectionis septimæ non injucunde cantavit, lectionem ipsam eorum alteri prosequendam relinquens.

p. 646. & 647.

En! trinum, prædictorum munerum Pontificiorum factæ ab Alexandro & Innocentio tertijs collationis exemplum; Quidquid ſit! cùm nullum nobis aliud: in Hiſtoriâ Eccleſiaſtica occurrat ejusmodi documentum; ante Sixtum IV. (qui in dicto vetuſto cœremoniarum Libro primus hujus ritûs inſtitutor audit) crediderim ab eo primùm vel nonniſi ſucceſſu temporis ab ejus Succeſſoribus, inſtitutum fuiſſe morem, regulariter quotannis in vigiliâ Nativitatis Domini prædicta inſignia benedicendi; de ſumptâ forſan à prædictis Pontificibus; Idæâ. Porro Sixtum IV. collato primitùs *Regis Catholici* titulo ac prærogativâ Ferdinando Hiſpaniarum Regi, ejuſq; conſorti Iſabellæ, ob defenſæ fidei Catholicæ zelum probabile eſt, eidem tùm primum miſiſſe conſecratum gladium, cum pileo benedicto:
Innocentium VIII. ſimilia munera Henrico VII. Regi Anglorum miſiſſe colligitur ex *Bacconis*; ejuſdem Henrici tum & *Polidorij Virgilij*; ac *Buchanani* Anglicâ & Scoticâ hiſtorijs.

At eidem Henrico: Alexander VI. Anno 1497. per Nuntium ſuum; *Deveriam* (Civ. Magnæ Britanniæ in Comitatû Kentenſi) paria dona, verùm multò pretioſiora qualitate materiæ, tum & expreſſione Paternæ teneritudinis; traſmiſit gratanter. Henricus exhibendæ ſibi à ſubditis & vaſallis ſubjectioni conſulturus, conſcius quoq; quãtum ipſi; in illo rerum concurſu, ſuffragatrix cum Sanctâ Sede cointelligentia ſit profutura, Pontificia dona omni cum jubilo & ſplendore, ſubdi-

C tis

tis rei novitate attonitis, ſuſcipere voluit. Ergo, Conſulibus Urbicis, Scabinis, Decurionibus (ſeu ut Londini audiunt Aldermannis) ſerio mandat, cuncti ad aditum pontis uſq; obviam Apoſtolico Nuntio; hujuſmodi munerum Potificiorum portitori receptum eant; jam verò opifici-bus; cæteris, in duplicem girum ciſpontem ad inſignem Paulinam Baſilicam; ſeſe componant injungit, ipſe ad eandem; ex Epiſcopali, (ubi tum ſubſtiterat) procedens Palatio, numeroſiore Procerum, Magnatum, aulicorum concomitante catervâ, de Cardinalis Mortoni Archiepiſcopi Cantuarienſis Angliæ Primatis, Manu Gladio Sacro præcingitur, & galero benedicto redimitur, Mortono in Laudes Pontificíſq; Regiſq; effuſo perorante, cunctis acclamantibus, ſingulis quæq; lætitiæ ſigna præbentibus.

Singularia hæc recenſentur ex ſupra memorato Bacone; in Gallicâ à Marſolierio Canonico Uticano ſcriptâ dicti Henrici VII. hiſtoria Tomo 1. lib. 4. quæ hic genuinè ut ſonant appono. Ed Paris, 1725. 12. p. 115.

" *Les choſes etoient en cet etat, lorqu' un Nonce du* "*Pape Alexandre VI. arriva à Douvres, pour preſen-* "*ter à Henri, de la parte de ſa Saintaté le* Chapeau "*&* *l'* Epeé benite, *preſent, qui ne ſe faiſ'it en ce* "*temps-la, qu' aux plus grands Princes, & pourlesquels le* "*ſaint ſiege, avoit le plus de conſideration. Inncent VIII.* "*Predeceſſeur d' Alexandro, luy avoit fait le même hon-* "*neur, mais ce Pape s' etoit piqué de renchetir ſur luy, par* "*la richeſſe du preſent, & par les marques d' eſtime, dont* "*il étoit accompagné. Henry menagoit juſqu' aux mo-*

indres

ſindres occaſions, qui pouvoient le faire enſiderer de« es ſujets, & qui ſaveit de quelle importance, il luy« etoit dans la ſituation de ſes affaires, de paroitre e-« troitement uni avec le Pape, reçut les preſens de ſa« Saintaté, avec tout l' eclat qui étoit capable de frapper« les yeux du peuple. Il ordonna aux Maires & anx Al« dermands de Londres, d' allen recevoir le Nonce, juſqu'« à l' entreé, dupont. & aux corps des metiers de ſe met-« tre ſous les armes, & de former une double haye depuis« le pont juſqu' à la grande Egliſe de S. Panl. Henrys, y« rendit du Palais de l' Eveque de Londres, oú il étoit« venn loger, accompagné des Prelats, des ſeigneurs, &« d' une foule des Courtiſans. Le Cardinal Morton Ar-« cheveque de Cantorbie, aiant reçu les preſens de la main« du Nonce, luy præſenta le Chapeau, *& luy ceignit* l'« Epeé; *cette action fut ſuivie d' un Diſcours du Cardi-« nas, à la loüange dn Pape & du Roy, & elle finit par les« acclamations ordinaires.* «

In Anno 1535. à Paulo III. impertitorum hujuſmodi munerum Pontificiorum, veſtigium reperio, (in vitâ ipſius ab Onuphrio Panvinio Platinæ continuatore ſcriptâ, (a) Laurentij Surij Carthuſiani Commentario rerum geſtarum ab Anno 1500 ad 1568 (b.) Pauli Jovij Novo-comenſis Epiſcopi Nucerini, hiſtorijs ſui temporis) (c).

(a) Ed. Colon. 1574. f. p. m. 364.
(b) Ed. Colon. 1568. p. m. 210.
(c) Ed. Lugd. 1561. in 16. T. 4. 3. & Florent. 1550 f. lib. 34. p. 228.

Hic enim Andreæ Auriæ (Doria) Genenſi, maritimis, contra Turcas, Mauros, & piratas bellis Clariſſimo Duci, protunc Generaliſſimo Claſſis Caroli V. adverſus Barbaroſſam Tuneti Regem totiq; maritimo negotio à Cæſàre Præ-

C 2 fe-

fecto & cuncta ad bellum navale ingenti curâ-famâq; administranti, ut præclaræ suæ virtuti honos haberetur. *Ensem* de more solenniter consecratum dono misit. Is erat, gemmato capulo, cœlatâque vagina, baltheo, aureis bullis fibulis multisq; alijs insignibus ornamentis, valdè conspicuus; & præter eum etiam, villoso è serico *pileum* margaritis phrigio opere depictum. Ea fuerunt eximijpijq; Ducis adversùs Christianæ Religionis hostes depugnantis insignia, magnis Regibus dono dari solita sic ut non immeritò strenuus senex, quanquam multa iam navali gloria plenus, ad petendam novi decoris laudē accenderetur; (Datum est item vexillum & sceptrum Christianæ Religionis, in templo de manu Pontificis; Virginio URSINO). Ejusdem, meminisse, haud præterijt; supra memoratus P. Kwiátkiewicz; istis verbis addictum annum 1535. Károl Cesarz do Afryki się wypráwił ná Bárbarossę w 700. prożnych nawach, y státkach wodnych. Rzędy woienne zdáne Andrzeiowi Auria wodzowi sláwnemu, ktoremu też Papież (co Krolom więc czynił) záslał miecz poświęcony z rękoieśćią drogo sadzoną, y czápkę kosztowną: á Woysku Cesarskiemu do Afryki odchodzącemu będąc w Centumcellas poblogosłáwił; Io: Palatius in supra dictis Gestis Pontif. Roman: Tomo IV, idem retulit apposito, (fors per errorem typi 1538. anno) & data. (6.nempe Idus Febr:) recensitoq; eapropter cuso numismate; cum inscriptione ex Psalmo 71, v. 11.

Pavinius l. c.

Op. cits. pag. 658.

Pag. m. 131.

desum-

desumptâ. *Omnes* (Reges) *gentes servient ei*, cujus Ichnographiam reperies inter alia Pauli III. numismata æri incisa, & ibidem inserta, n. 9. positam. Prætereo sexcentos alios authores qui idem referunt & ne in hac lucubratiuncula nimius videar, ultrà progredior, A. 1537. cùm *Jacobus Quintus* Scotiæ Rex *Francisci I.* (non Henrici II. ut *Beierlink* perperam) Galliæ Regis Filiam *Magdalenam* in uxorem duceret, Pontifex *Paulus III.* ei dono misit ensem fabrefactum, multi pretij, & in Angliæ Regem, (*Henricum VIII*) ipsum excitavit.

Pag. 158.

in Th. V. H. v. Honor; to. mo 4. p. 153. ed. Col. 1631

Anno 1568. Ferdinandus Toletanus Dux Albanensis (d' *Albe*) ac Belgij Præfectus, ad Groeningam (planè non absimili Germanici Cæs: ex Arminio ad Visurgim) victoriâ, de Ludovico Nassovio obtenta (miraculi locò aliquibus habitâ & Pontificis S. Pij V. precibus, qui Albanum & litteris & pecunia in Gheusios (Gueux) (animaverat, attributâ); ipsâ quæ pugnam excepit nocte, nihil prius habuit, quam ut Victoriæ nuntium mitteret ad dictum Pontificem; Qui ut preces pro eventu certaminis ad Deum sollicitè fuderat, ita voti compos trium dierum supplicatione, ad tres Urbis Basilicas non sine festo tormentorum sono, lætisq; per Urbem ignibus, Divinæ clementiæ grates persolvit; tùm *galerum* & *gladium*, auro margaritisq; distinctos ac solitis precibus solemni ritu sacros, Albano, tanquàm *Catholicæ Religionis propugnatori*, per honorificâ Legatione, ab Urbe transmisit. Ille gran-

d'a munera Archiepiſcopi Mechlinenſis manu, (1. Maij) ſub matutinum ſacrificium in templo reverenter accepit ; Reliquus dies, ludicro haſtarum ſpectaculo, feſtisq; decurſionibus tranſactus eſt; (referentibus *Hugone Grotio* in annalibus & hiſtorijs de rebus Belgicij (a) *Famiano ſtrada*, Decade 1. belli Belgici. (b) *Io Palatio* in Geſtis ſumm: Pont: T. 4. (c) & in ejuſdem Monarchiâ occidentali tomo 8.

(a) Ed. Amſtel. 8. 1658. p. m. 32.
(b) Ed. Romæ 12. 1648 p. m. 340. 353.
(c) Ed. citt. pag. 309.

Idem refert Cardinalis Bentivoglius in Hiſtoria belli Flandrici parte 1. lib. 5. „ E perche appariſſe ; ch' egli non haveva meritato meno, in ſervitio della Religione, che in quello del Ré, il Pontefice Pio V poco dopo gli mandò il *Capello* elo *ſtocco* ſolito , a preſentarſi ſolo à Principi grandi, ed à quelli particolamente, che per qualch' attione ſegnalata ſi ſono reſi benemeriti della Chieſa.

Marcus Antonius Ciappi Senenſis, in vitâ Gregorij XIII. aſſerit, eundem quotannis in vigilia nativitatis Dominicæ, enſem pileumq; ducalem , nec non roſam auream benedicere eaq; munera Principi alicui, de Eccleſia inſigni quâpiam actione merito demandare, conſueviſſe. Genuina ejus Italica verba hæc ſunt.

Perche, da tutte le parti, appariſſe l' ardore del Zelo, di *Gregorio* ; corriſpondente all' eceſſivo amore che alla Chieſa Cattolica ſua ſpoſa portava, non tanto volle , moſtraſi ſevero caſtigatore delli mal meritevoli , quanto dolce elargo premiatore delli ben meritevoli della Religione

Chri-

Chriſtiana, ne laſciò giàmài per ciò, occaſion "
veruna, ch'-egli non prendeſſe avidamente, per "
dir coſi, d' accender via piugli animi de Prin- "
cipi inclinati, à pro pagar l' Imperio, e la gloria "
della Fede ſanta. Onde eſſendo ſtile antico, de' "
ſommi Pontefici, di benedire, nella notte di Na- "
tale di Giesù. S. N. con ſolenni ceremonie, un "
Capello Ducale, ornato con perle e gioje, e ſi-- "
milmente uno ſtocco col fodero, e elzi d' argen- "
to dorati, ſeguitando, ancò di farciò, Grego- "
rio ogn anno, né mandava ſempre à preſentare à' "
quei Prencipi, i quali haveſſero fatto, qualch' "
attione ſegnalata per la Chieſa Catholica, ove- "
rò ch' erà eſpediente, tenerli coſi accarezzati per "
ſtabilirli nell' ubidienza, d, eſſa ſanta Chieſa. E "
per lo medisimo fine, uſava di mandare una Ro- "
ſa d' oro, di valutà di ſcudi 500. che ſi ſuol be- "
nedìr da' ſommi Pontefici, per la Quarta Dome- "
nica di Quadrageſima nelle parti oltramontane à "
diverſe Chieſe principali &c. "

Signanter autem. Anno Iubilæi 1574. in 1575. vergente Gregorius, Principi Clivenſi, die Natalis Domini, ſacro: abſoluto; *Enſem & galerum* nocte ſacrum præcedente dono tribuit (teſte ſupramemorato Palatio. Tomo IV.) quem cum Bavariæ Principe, in ædibus vaticanis aliquo tẽpore aluit, uſque dum Princeps hic religioſiſſimus pene inſinu Pontificis eodem anno Jubilæi exſpiraret. Eâ enim humanitáte ægrotum ſæpè inviſit ut medicas ipſe potiones ſuâ manú porrigeret, & paternis monitis adſtaret morienti; Sub

pag. m. 357.

Victorellus.

Sub hoc Jubilæum, in apertione Portæ Sãctæ malleum consecratum Gregorius Cardinali Hosio majori dederat Pœnitentiario, deinde Bavariæ Principi (teste *Leonio*). Et pauperibus præcipuè Polonis ne quid deesset, eidem Cardinali Varmiensi singulis mensibus 300. nummos aureos, numerabat ad eorum alimoniam. (*Idem Palatius ibidem.*)

Quoad consecrationem Rosæ; exstat (teste *Oldoino*) in vaticana Bibliothecâ oraculum, carmine conscriptum heroico, de auspicatâ salute Urbi Venetæ divinitùs redditâ adveniente aureâ Gregorij rosâ.

Anno 1586. Alexander Farnesius Parmensis, Belgij Præfectus, expugnatis Graviâ Venlonaq;, quum per eos dies, honorifica Legatione à Pontifice Syxto V. *galerum gladiumq;* solenni ritu sacros, Abbas Antonius *Grimanus* Patritius Venetus (expost Patriarcha venetus) attulisset, distulit munus accipere, admonito rogatoq; Grimano, ut paulum Ruremundæ supersederet, ne Novesianæ cursum expeditionis, magnâ Catholicæ Religionis necessitate susceptæ, cui curas ipse suas operi jam accinctus addixerát, qualicunq; morâ inpræsens interrumperet, eâ . duce DEO feliciter absolutâ, tunc magnificentiùs exponi donum posse, & digniorem fore se, qui illud acciperet. Quâ expeditione auspicatò perfecta, inter plaudentium gaudia, legationesq; Principum victoriam aggratulantium, opportunum duxit, dilatam Pontificiorum munernm Cæremoniam

niam, in Novesianis castris, inq; ipso, quod tetenderat apud munitionem vallis gratiæ (Gnadental) tabernaculo, militariter celebrare, ut ubi Catholicam Religionem defendisset, ibi ejusdem titulum *Defensoris* indueret; Id verò quoniam gratum militibus quasi lætissima quæq; cum eis communia haberet Imperator, mirùm profectò, quantâ eorum lætitia, apparatuq; peractum sit Kalendis sextilibus, universus exercitus, fulgẽtibus armis provolantibusq; signis, in Legiones turmasq; militari pompâ distributus, campos, vallesq;, circa Alexandri Prætorium latè contexit. In Prætorij sacello, Tribuni, primarijq; Ordinum Ductores quiq; à Pontifice, à Cæsare, ab aliis Principibus Civitatibusq; Legati aderant, propiùs adstitere. Ipse inter Ernestum Bavarum Septemvirum Coloniensem, & Ioannem Cliviæ Juliæq; Ducem medius, post adoratum munerum maximum è Cœlo missum Christi Domini corpus, sumptumq; è Vercellensis Episcopi, Jo: Fran: Bõhomij Nuntij Apostolici Coloniensis manu sacris operati, gladium gemmeo capulo, gemmeâq; vaginâ radiantem, & galerum è villoso serico, margaritisq; contextum, Xysti Pontificis dona, ab ejus aulico Grimano Abbate, magnificè juxta ac reverenter accepit. Addidit muneribus gratiam, quâ erat eloquentiâ Vercellensis, exposito veterum Romanorum Pontificum instituto, ea dona, in Natalis Domini nocte consecrandi; Catholicosq; ad Principes, uti *Defensores Ecclesiæ* transmittendi, precatus ad extremum Xysti no-

D mine,

mine, Divinam Clementiam, ut illo capitis tegumento, ceù galeâ ſalutis, Alexandrum ipſum regiumq; exercitum communiret, ac victricem ejus dextram telo illo, velut Gedeonis gladio, in hoſtes Religionis armaret, toto interim exercitu lætis tormentorum tonitruis, varijsq; ſecuta in nocte, ludorum equeſtrium decurſionibus, applaudente. (teſte *Famiano Strada*; & *Dondino* de geſtis Alex: Farneſy.) Eandem Cæremoniam Cardinalis Bentivoglius Hiſtoriæ ſuæ Flandricæ partis 2. lib. 4. ita deſcribit. „ Avanti che il Duca di Parma, ſi levaſſe d' intorno à Nuys venne à trovarlo il veſcovo di vercelli, che riſedeva per Nunzio Apoſtolico nella Citta di Colonia, egli preſentò in nome del Pontefice Siſto V. Lo *ſtocco* ed il *Capello* che i Pontefici ſoglion donare, per ſegno di ſtima, ed' affetto, à Prencipi benemeriti della Chieſa. Seggui nel Campo, ſolennemente L' attione, e vollero intervenirvi L Elettor di Colonia, ed il Duca di Cleves, che in queigiorni era parimente venuto anch' egli à trovare il Farneſe.

Judicum c. 7.V.14.& 20

op.citt.Dec. 2. lib. 8. p. mihi 421. & 436. Ed. Col. 1636. p. m. 241.

Idem refert P. Felix Girardi S. J. in Ephemeridibus Hiſtoricis Italico Idiomate exaratis ad 1. AUGUSTI; „ Nel. 1586. Aleſſandro Farneſe, doppo la vittoria della Città di Nuys piglio publicamente, con ſolennità grandiſſime, in preſenza di tutto L' eſercito ordinatamente e pompoſamente diſpoſto con Liete ſalve d' artiglierie edi moſchetti, i pretioſi doni d' una *ſpada* ed' un *Capello* ricchi di gioje, mandategli da Papa Siſto V.

Ed Neapol. 1653. 4. p. m. 108.

Hic

Hic ſubjicere Lubet; ex Gregorij Leti Itali, vernacūla, vitā Sixti V. (cùm non ſit admanus) Gallico Idiomate redditam dictam deſcriptionem; quòd memorabiles quaſdam contineat circumſtantias, Pour encourager davantage ce General Farneſe (à la deſtruction des Heretiques, & à la defenſe de cet Electeur de Cologne Sixte envoya L. Abbe Grimani ſon Camerier ſecret qui fut depuis Patriarche de veniſe) luy porter en qualité d' Ambaſſadeur, un chapeau & vne epée, que ſa ſainteté avoit beni ſolemnellement à Rome. (cet Abbé arriva le 22 de Iuillet, dans le temps que Farneſe, étoit le plus attentif à lapriſe de cette place (de Nuys). Il envoya au devant de luy, vn deſes gentilshommes, pour le prier de differer la Ceremonie de ces preſens, & de demeurer à Ruremonde, de crainte d' interrompre, vne entrepriſe, dont il s' etoit chargé pour la gloire de Dieu, & la defenſe de la Religion Catholique, à la quelle il avoit devoué toute ſon application, l' aſsùrant, qu, il ſeroit bientot en état, de recevoir l' honeur que luy faiſoit le Pape, avec plus de juſtice & de magnificence. &c La place etant priſe en quatre jours. Le Duc de Parme, voulût recevoir le preſent du Pape, au milieu des applaudiſſemens & des complimens, que luy envoierent faire, pluſieurs Princes ſur l' avantage, qu' il venoit de remporter: L' Electeur de Cologne, le pria inſtam ment, de choiſir ſa ville capitale, pour le lieu de cette Ceremonie, mais il jugea plus à propos,

2æ Edit. Pariſ. 1685. tō. 2. p. m. 18.

D2 pos,

" pos, pour ſon honneur & pour ſa gloire, de la
" faire, au milieu de ſon Camp & dans ſa tente,
" qui fût dreſſeé vis à vis du fort de *Gnadental*, où
" il avoit recû le titre glorieux de *Defenſeur de la Foy*
" *Catholique*. Ce deſſein plût extremement aux ſol-
" dats, qui ſe voiant partager avec leur Chef la glo-
" ire de cette Fête, preparerent toutes choſes, po-
" ur en rendre, le jour plus magnifique & plus écla-
" tant, dont La Ceremonie ſe paſſa de cette mani-
" ere. Le premier jour d' Aout toute l' armeé,
" partageé en bataillons, fut rangée, autour de la
" tente du General, de Laquelle on avoit fait une
" Chapelle ſuperbement orneé, où entrerent Les
" Officiers Generaux, avec quelques autres per-
" ſonnes conſiderabes, repreſentans les Ambaſſa-
" deurs du Pape, de l' Empereur, & de quelques
" autres Princes, & des villes de Flandres & voi-
" ſines alliées & d' autres Provinces de Paisbas.
" Le Duc de Parme étant au milieu, de l' Electe-
" ur de Cologne, & du Duc de Cleves, apres avo-
" ir communié par les mains de l' Eveque de Ver-
" cel qui repreſentoit ſa Sainteté, recût de l' Ab-
" be *Grimani* (que pluſieurs Gentils hommes des
" plus qualifiés de l' armée, avoient été querir,
" juſque dans ſon logement) l' *Epeé & le Cha-*
" *peau*, en reconoiſſance des ſervices, qu' il avoit
" rendû à l' Egliſe. La garde & le fourreau de
" cette Epée étoient enrichies de pierreries. Il y
" en avoit auſſi de trés belles ſur le chapeau, qui
" étoit de veloux garni d' vne frange d' or, le Pa-
" pe, n' ayant voulû rien épargner, dans une occa-
ſion,

ſion, où il S? agiſſoit degratifier, pour la premiere fois, le, Defenſeur dela Foy & de donner en même tems des marques de ſon affection au Cardinal Farneſe ſon Oncle, qui ſe croioit tres mal dans L' eſprit de ſa ſaintete. L' eclat de cette Ceremonie, fût augmenteè par un diſcours eloquent, que fit L' Eveque de vercel, & digne du Heros, dont il entreprit L' Eloge; dans lequel il fit voir que les ſouverains Pontifes, avoient anciennementaccoutume de conſacrer La nuit de Nóèl, des pa reilles armes, pour Les envóier aux Princes Chretiens, comme aux Defenſeurs de L' Egliſe, & demanda enſuite à Dieu, au nom de ſa ſaintetè qu' il Luy plût, de repandre ſur ce chapeau la grace de conſervér toute; L' armeé; & que L' epeé ſemblable à celle de Gedeon, fut toûjours victorieuſe, entre les mains de ce genereux Chef, contre les ennemis de Ieſus-Chriſt. Tout le camp, applaudità cette priere par le bruit de canon, & par pluſieurs courſes & tournois. Le Duc de Parme, donna enſuite un repas magnifique au Legat, à L. Ambaſſadeur de Rome, & à toutes les perſonnes de qualitè, qui avoient aſſiſté à cette Fête, & fit aſſeoir ce dernier à ſagauche: On ſalua pluſieurs ſantes, & entr' autres du Pape, qui fût bue à genoux, au bruit de tambours, & des trompettes, & de la decharge de toute L' Artillerie.

Io: Palatius. Geſt Summ. Pont. T. 4. notat (poſt

pag.m. 395 Io: Gulielmum Schell in annal. Boiæ gentis) Sixtum V. Delegato Grimano, cumpretiosis muneribus gladio nempé cum capulo gemmato & pileo pretioso insuper 50000. ducatorum contulisse, ut hisce muneribus Farnesium in hæreticos excitaret,

Duobus ab hinc ànnis, (scilicet A? 1588.) Sixtus P. V. itidem similia dona miserat Duci Guisio Antesignano fæderatorum Catholicorum, (vulgo Sanctæ unionis sic dictæ) Ablegato suo ea deferenti penitùs injungendo, se teneritudinis paternæ nexibus ferri, ac omnigenæ prædilectionis sensus in eum habere; multifariam & prolixe declarâret, Guisius; hujusſcemodi munerū Pontificiâ Largitione sibi demandatorum protinus solennem; simul ac, regio plane' apparatu conspicuam Lutetys Parisiorum receptionem parârat; vociferante interim votaq; nuncupante, numerosiore, turmatim coadunatâ plebe, ut feré eâ de causâ; fratri ac Regi Henrico III. zelotypiæ, animositatisq; sensus causâsse videretur; etsise Guisius; invitum plane ac reluctantem, tali ac tanto fastui præberet, aut saltem simularet. (referente præmemerato Letio; hìs verbis:) ,' Le Pape Sixte V. etoit en ce

Op: citto. pag. 198.

" tempſ-là, fort attentif à ce qui se passoit en
" France. Jl avoit envoie, au Duc de Guise Chef
" de La Ligue, vne epee semblable, à cele que
" L, Abbe Grimani avoit porteè de sa part au
" Duc de Parme en Flandres. Jl donca ordre au
" Prelat, qu? il avoit charge de cette commis-
sion, d?

ſion, d'aſsûrer ce Prince de ſa tendreſſe & "
même da La premiêre place dans ſon Coeur. Le "
Duc de Guiſe, recût ce preſent à Paris, avec "
une Ceremonie ſi éclatante, au milieu des "
acclamations du peuple, que le Roy Henry "
III. en eut de la jalouſie, quoique le Duc ſem- "
blat S'oppoſer, avec beaucoup de modeſtie, "
à tous ces honneurs. Crediderim, tum quoq; fuiſſe, (quod notat Palatius.) ut cum Henricus Rex & Guiſius, ovantium more Lutetiam intrarent Regio nomini rari plauderent & voce ſubmiſsâ, Guiſiano autem frequentes & clarâ, Liberatorem Galliarum Propugnatorem & vindicem Religionis Chriſtianæ novum Moyſem, Gedeonem, alterum Davidem appellantes. Ipſe Sixtus Guiſium Gedeonis laudibus coæquando, in Purpuratorum Senatu, ac litteris gratulatorys, Mario Bandino Regis Henrici nomine rem Catholicam in Gallijs proſpere, adminiſtratam nuntianti reſpondit (teſte Dondino) *Relatæ de Germanis victoriæ decus, non magis ad Francorum Regem, quam ad Bizantinum Cæſ. pertinere.* Tanto Pontificis favore ſublatus Guiſliæ Dux, eò fiduciæ venit ut de iungendâ cum Sixto affinitate agitaverit, per eius neptem Flaviam Perettam (quæ poſteà Brachiani Duci nupſit) filio ſuo Ionvillæ Principi in conjugium expetitam; ſperans dotis nomine, non ſolum ingentem auri ſummam, ſed poſt obitum Henrici. III. expuncto Navarro ut hæretico, cum cæteris Borbonijs hæreſis fautoribus, in ſolium Chriſtia-

Op. citto T. 4. p. m. 388.

Christianissimum, Ionvillæum Catholicarum partium Principem eum uxore generis Pontificij attolere? Sed jam ad nostrũ institutum redeamus. Anno 1593. S. P. Clemens VIII. ea munera; Wilhelmo (*Religioso* dicto) LIX. Boiariæ Duci, identidem Monachium Electoratûs Metropolim misit per Comitem Alphonsum cubicularium
Ed 2.Colon 1594. p.m. 560. suum; Id refert D. M. Iansonius in Mercurio Gallo-Belgico Tomi 1. libro. 6. his feré ver, bis- Bavariæ Dux circà hæc tempora in Boémiam ad Imperatorem salutandum, & de rebus serijs colloquendum, venit, à quo honorificentissimé susceptus, paucos post dies, ad suos reversus est, Iam enim nuntiaverat Pontifici, se Romam peregrinationis ergò venturum. Properabat itaq; ut in majori hebdomade illic omnibus Ecclesiæ Cæremonijs interesset sed in Ducatum suum reversus, nuntium à Pontifice accepit, paulisper expectaret, antequam itineri sese accingeret, Pontificem enim Comitem Alphonsum Cubicularium suum misisse ad Ducem, ut ei, *gladium & galerum* in nocte Nativitatis Dominicæ benedici solitum offerret. Mansit itaq; Dux & munus Pontificis suumâ cum solennitate & devotione suscepit *Princeps certe* si quis hoc tempore alius *Sanctissimus*, qui sub aureis & sericis vestibus habitum gerit monasticum, & vitam vivit angelicam.

Op citto p. 786. P. Kwiatkiewicz ad Annum 1593. n.5. hæc habet Maximilian tesz Xiąże Bawarskie, do Rzymu się wyprawuiąc w nawiedziny SS. Piotra y Pawła, pierwey

pierwey w domu odebrał od Papieża przesłány sobie miecz y czapkę Papieszką. Confer & Chronicon Piasecki ad eund, annum (a) Iohanis Lydy Contin: Balæi (b) Hoc peculiariter notandum venit, Vilhelmum à Clemente VIII. in benevolentiæ argumentum, medium inter Purpuratos Patres assidere jussum fuisse qui venerabilem illum consessum claudebant (seu ut in Theatro virtutis & gloriæ Boicæ refertur. Loco penultimo nempé ante ultimum Cardinalem Diaconum) Loco ijs Cæteroquin tantum Principibus concedi solito, qui Regibus minores, populos jam regunt nulli alteri potestati obnoxij.

(a) EdCrac. 1645. f. p. m.132. (b) Ed citt.

Ed monachy 1680. in 12. p.m. 587.

Eodem dumtaxat anno Clemens. VIII, Serenissimæ Annæ Austriacæ, Poloniæ Sueciæq; Reginæ Inclytæ, Sigismundi III, Conjugi, Rosam auream benedictam dono misit per D. Bernsteinium, quam illa magna cum solennitate & gratiarum actione accepit. (teste Iansonio p, 535. Michaele Casparo, Iohanne Lydio. p, 261, & Piaseccio op. & loco citt. Etsi illud plane reticuerit Fabianus Quadrantinus Soc. Iesu, in *Speculo pietatis* vitam dictæ Reginæ Annæ continente)

Ed Brunsb. 4. 1685.

Anno 1617. Paulus V. Pontifex, ensem elaboratum, & galerum violacei coloris à se benedicta, muneris ac præmij locò, misit *Alberto* Belgarum Principi, ob insignem illius zelum, quo Imperium Romanum, à Tyrannide Protestantium, consilio, armis & robore vindicabat,

E dum

dum Fridericum Palatinum, qui Regnum Bohemiæ occupare nitebatur, prælio ſuperatum etiam Palatinatu exuit, miſſo in illum Ambroſio. Spinola cum copijs Præfatus *enſis & galerus*. Anno 1622. menſe Martio, inter alia honorum inſignia, in exequijs ſolennibus ejusdem Principis, prælâta fuêre, Bruxellis in Brabantiâ, eaq; ipſe dum viveret, magni muneris loco accepit & habuit. (Aubertus Miræus in vitâ Alberti, & Laur: Beyerling in Th:. V. H. l. c.)

Et hæc ſunt ſolenniora, ac apud Hiſtoricos magîs reperibilia, collationis hujus modi munerum Pontficiorum exempla, apud exteros deprehenſa, Jam nunc ad domeſtica, quæ magis ad noſtrum inſtitutum ſpectare videntur tranſeamus.



Exem-

Exempla Domeſtica
in Poloniâ
Et finitimis Regionibus;
Depræhenſa.

ANno 1460. circiter Pius II. P. M. Mantuæ exiſtens Alberto Marchioni Brandeburgenſi; & enſem & galerum; dono obtulit; (quod adnotatum reperi in manuſcripto anonymi fors P. Koiałowicz ſub titulo: *Sacra Politia complectens cæremonias & ritus S. R. E.* quod aſſervatur in Bibl. Coll. Varſ. S. J.). Conf. Chron. Pruſſiæ Caſp. Schutzy Anno 1599. editũ Certùm eſt Albertum in maximâ Pij II. fuiſſe æſtimatione ac exiſtimatione; eouſq; ut ipſum glorioſo *Achillis* ac *Vlyſſis Teutonici* titùlo inſigniret teſte. Anonymo (*Gaſparo Abel*) in opuſc. *Preuſſiche und Brandeburgiſche Staats-Hiſtorie* Lipſiæ Anno 1710. & 1711. impreſſo ubi hæc habet. *Albertus der Teutſche Achilles und Vlyſſes vegen ſeines muth. ſtaercke, geſchickligkeit. und groſſer erfahrung inſgemein, ia gar von den Paebſten Paulo II. und Pio II. ſelbſt alſo benahmt, velcher letztere, auch von ihm bezeuget, das er in keinem Ritterſpiel herunter geſtochen worden hingegen aber ſeinen Gegener allezeit aus den ſattel gehoben habe.*

Anno 1663. Parte 2. cap. 4 §. 2. pag. 237.

Parte 1. p. m. 99.

Anno 1497. Alexander VI. Bogiſlao X. Duci Pomeraniæ; ex Terrâ Sanctâ reduci in die Nativitatis Dominicæ abſoluto Summo Sacro, *pi-*

leum Ducalem; atq; *deauratum ensem*; ritu solenni; contulit; simul ac numisma aureum, 20. ducatorum ponderis, Pauli II. hinc Consistorium publicum, inde ultimum Christi Judicium adumbrans. Philippus II. & ipse PomeraniæDux, numisma hoc, ad sua usq; tempora inter Ducũ pretiosa cymmelia asservatum, mensæ suæ artificiali, quam vocant, suis sumptibus constructæ, & posteà ad Electorem Brandeburgicum, nunc & RegemBorussiæ, devolutæ, inseruit non nudum, sed sequenti cum inscriptione: *Dies Stûgke Goldes, ist von Pabst Alexandro VI. zu Roma, Hertzog Bugschlafen den* 10. *von Pommern, in seiner F. G. Wiederkunfft vom Heiligen Grabe Anno* 1497. *am H. Christag, nach gehaltener Höch,mess, nebst einem Hertzog Hutt, und guldenen Schwerdt verebret, hat am gewicht* 20. *Ducaten.* Id refert, simul ac dicti numismatis cœlaturam ex Bonanno & Molinetto desumptam cũ bina ab utrinqué inscriptione.

(1). *Sacrum publicum Apostolicum Concistorium Paulus Venetus PP: II.*

(2). *Justus es Domine, & rectum Iudicium tuum, miserere nostri Domine miserere nostri*, exhibet Laurentius Begerus in 1. Sectione numismatum modernorum Cimeliarchy Regio-Electoralis Brandenburgici, numismate primo. Conf. Micrælij chr. Pomeran.

Ed. Col. Brãdeburgicæ 1704. in fol. p. m. 5. & ss. ad 9.

Anno 1525. Clemens VII. P. primitivo in Poloniâ exemplo, *ensem* & *pileum* benedictos; ad Sigimundum I. plurimis tùm victorijs inclarescentem; Româ transmisit. Ablegatus; hoc mu-

munere functus quisnam fuerit. à Bielſkio & Neugebavero reticetur. Achillem Graſſium Epiſcopum Modecenſem fuiſſe; ex eo conjecturari licet, quod hic, à *Paſtorio* (inFloro Polonico) dicatur à Pontifice Romano, miſſus fuiſſe, ut Regem ad jungenda cum Hungaro contrà Turcas arma incitaret. Quidquid ſit? genuina Bzovij; Neugebaveri, & Bielſkij; qui iſtud deſcriptum reliquerunt; jam habe, teſtimonia.

Abrah: Bzovius in Annal. Eccleſ. ad Annum 1525. — 1. Ed. Col.Ag.1630 pag.608. col. 2.

QVo tempore Summus Pontifex Clemens, tot bellorum, ac victoriarum famâ Regis Sigiſmundi, contra Turcas, Tataros, Moldavos, Moſchos, & Crucigeros motus, enſem conſecratum (ut vocant) deauratum in vaginâ argenteâ, quo in bello, contra Barbaros & impios, uteretur, cum pileo gemmis ac unionibus coruſcante ei tranſmiſit.

Salomon Neugebaver à Cadano Hiſtoriæ rerum Polonicarum lib. 7. — Ed.Hanoviæ 1616. in 4. p. m.509.

POntifex Romanus Clemens VII. tot bellorum ac victoriarum famâ Regis contra Turcas, Tartaros, Moldavos, Moſchos & Crucigeros motus, enſem conſecratum, ut vocant, de auratum in vaginâ argenteâ,, quo in bello, contrà Barbaros uteretur, cum pileo gemmis ac unionibus coruſcante ei tranſmiſit. Cujus Legatum Rex amplis donatum muneribus dimiſit, Pontificiq; pro dono miſſo permagnas litteris gratias egit.

Marti-

Martini continuator Filius Ioachimus Bielski in Chronico lib. 5.

Ed. Crac. 1597. f. p. m. 554.

CLemens VII. Papież temi czásy słysząc o sławnych bitwách y zwyćięstwách Królá Zygmuntá z Pobáńcy; Turki, Tátáry, Wołochy, Moskwą, Czapkę kosztowną, y Miecz poświęcony błogosłáwiąc mu y winszuiąc większych tryumfow posłał. Poseł wdźięcznie przyięty, uczczony, udárowány, y odpráwiony.

Anno, abhinc, decimoquinto; 1540. videlicet, post C. N. Paulus III. per *Hieronimum Rosarium*, Sigismundo *Augusto Principi Regio* adhuc dum, sed jam à decennio, vivente Patre; coronato, ac in successorem nuncupato, *galeam & ensem* benedictum; dono transmisit, quæ 15. February sub tempus Generalium statuum Regni Comitiorum Cracoviæ, in Ecclesiâ Cathedrali in arce, Rege ac Reginâ; Parentibus, sub Throno; adstantibus Augusto sunt tradita; postquam Rosarius Augustũ de fide Orthoxâ; illis temporibus multum a Lutheri sequacibus lacessitâ; firmiter tenenda, verbis energicis, & ad rẽ compositis, præmonuisset *Augustus* verò illam indesinenter, amplectendam; colendam, fore; ab ipso imo pro virili, quo ad vita superstes, propugnandam, spopondisset. Eam Cæremoniam, annotare neglexit Lucas Gornicius Cap: Tikocinensis in Gestis Poloniæ, vulgari, Idiomate Crac. 1637. editis, & ferè omnes Historici Ecclesiastici, tum & annalium nostratium scriptores; præter Bielskium & Neugebaverum quorum genuina uerba jam habes interserta.

.Ed cit. p m. 547

Salo-

Salomon Neugebav. à Cadano. l. citt. itidem lib. 7.

SVbſecuto Anno, venit Cracoviam, menſe Februario, Legatus Pontificius, Hieronimus Roſarius qui à Paulo III. Pontifice. Sigiſmundo Auguſto, parentibus præſentibus, pileum & enſem ſolitis dedicatum Coeremonijs, in Templo, arci contiguo, obtulit, hortatus & obteſtatus eum Pontificis nomine ut religionem Catholicam tueatur, atq; exemplum capiat de Germanis, qui defectione ſuâ, ab unitatate Eccleſiæ Catholicæ Romanæ, in ſummas difficultates conjecti, Civilibus malis agitarentur. Cui Sigiſmundus Auguſtus reſpondit agere ſe gratias Deo pro luce illâ, quâ illuſtrare ſe dignatus ſit velle per Dei gratiam in ea conſtanter, ad extremum vitæ halitum perſeverare Catholicamq; Eccleſiam Romanâm pro virili propugnare.

Martinus, aut Ioachimus Bielſki Op. citto. lib. 5. Ed cit. p. m. 580.

NAtym Seymie, dnia 15. Lutego, od Papieża Páwła III. Krolowi Zygmuntuwi Auguſtowi; w Kośćiele ná Zámku, przy Oycu y matce Czapkę y miecz poſwięcony, Hieronim Rozarius Poſeł oddawał; rzecz cudną do niego uczyniwſzy; áby wiáry S. Chrześciáńſkiey obrońcą był, á karáł ſię zamieſzániem ſtron niemieckich, ktore ſwoim ódſtąpieniem od jednośći Kośćiołá powſzechnego, o wielkie trudnośći, y woyny przyſzły. Ná co on táką dał odpowiedz.

Ze

Ze iá Pánu Bogu zá to świátło dziękuie ktorym mię oświecić raz raczył, y nic wątpiąc nić w wierze swey, tey się do śmierći trzymáć będę.

Anno 1580. ante 8. Iulij Gregorius XIII. pro bené navatâ in rem Ecclesiæ à Stephano Batthoreo Rege Poloniarum operâ, eundem, aliquomodò; per honorifica, Paterni amoris remuneraturus contestatione, per Paulum Vchanski, Iacobi Primatis Regni nepotem emenso Legationis suæ, nomine Regis, curriculo, Româ reducem, *pileū & ensem consecratos*; & ritu solenni benedictos; dono transmisit; Quos in Ecclesiâ Cathedrali. Vilnensi Melchior Dux Giedroyc 19. in ordine Antistes Samogitiæ, in præsentiâ Iohannis Andræ Caligary Episcopi Brittonoriensis Apostolici Nuntij; Regi, usitatis cæremonijs; contulit. En, pro more, habes, genuina Authorum; qui horum meminerunt, verba.

Pag. 746. *Kwiatkiewicz ad Annū.* 1580. *n.* 1.

Słysząc Grzegorz XIII. iáko Stefan Battory Krol Polski, przećiw nieprzyiaćiołom Krolestwa swego mężnie woiował, á rad wielce część Boską w swoich Pańśtwách pomnazał, przez Páwłá Uchanskiego Arcybiskupiego Synowcá Posłem do Rzymu wyprawionego, przysłał mu miecz poświęcony z błogosłáwieństwem Papieskim ná dálsze zwyćięstwa; iákoś nim uzbroiony; tym był ieszcze strásnieyszy nieprzyiáćiołom pogranicznym.

Io an-

Ioh: Lydius in Continuat. Balæi. vitarũ SS. P P.

OBres, in Moschovia feliciter gestas, Stephano Poloniæ Regi cum Vilnæ esset; per Paulum Vchansciũ ensem aureum obtulit Papa, notis ceremonijs à se consecratum.

Ed citt. p. 161.

Stanislaus Sarnicius Annaliũ Poloniæ. lib. 8.

IBidem Vilnæ Paulus Vchanius, qui apud summũ Pontificem Oratorem egerat reversus, ensem Regi, notis ceremonijs dedicatúm â Pontifice obitulit, Jisdem feré verbis.

Ed crac. 1587. p. m. 405.
2. Ed Longino adiectæ Lipsiæ. 1711. p. m. 1226. tomo. 2.

Salamon Neugebauer à Cadano historiæ rerum Polonicarum lib. 10.

COmmorante adhuc Rege Vilnæ, Paulus Vchanius, qui apud Pontificem summum Oratorem egerat. reversus, Regi ensem à Pontifice notis ceremonijs consecratum obtulit.

Ed citt. p.m. 695.

Martini, Continuator Filius Ioachimus Bielski in Chronico Poloniæ lib. 6.

TEgo czásu Páweł Vchański: ktory był Posłem do Rzymu, do Krolá, do Wilná, przyiechał, y wszytko wedle potrzeby dobrze sprawiwszy; Czapkę od Pápieża Krolowi przyniosł, ktore z Ceremoniámi oddawał w Kościele Wileńskim Giedrocius Biskup Zmudzki, przybytnośći Anarzejá Caliguriusa Legata Papieskiego;

Edcitt. f. p. m. 769.

F   Re-

Ed. Gorlicy 1580. in 4. pag.O.III.b. & Latinæ. f: Crac. 1584. p. m. 96.

Reinoldus Heidenſtein in Deſcriptione belli Moſcovitici. li. 3.

ZU Vilna kam des koeniges Abgeſandter, den erzum Bapſt abgefertiget, Paulus Vchanſcius wider, und brachte dem koenig *ein Schwerdt* mitte, ſo der Bapſt mit ſonderlichen Ceremonien geweyhet.

Ed Dant. 1647. p. m. 129.

Ioannes Demetrius Sulikowſki Archiepiſcopus Leopolien: iu brevi Commentario rerum Polonicarum.

REge ad Wielikolukoß proficiſcente, adfertur â Pontifice Gregorio XIII. Pileus & Enſis conſecrati per Paulum Vchanium, qui in Eccleſiâ Cathedrali Vilnenſi, ab Epiſcopo Samogitiæ Gedrocis, Legato Apoſtolico, Ioanne Andreâ Caligario adſtante ſolenniter Regi triaditus eſt.

GRegorius XII. ſemiquarto abhinc Anno. 1584. Stephani Rigis ex fratre nepotem Andream Bathorium de Somlio Promotione octavâ, die Lunæ, pridie nonas Iuny apud S. Marcum, creavit Cardinalem diaconum tituli S. Hadriani demum S. Angeli in piſcinâ cujus exſtat Elogium in Continuatione Panviniana, *de ſummis Pontif. & S. R. E, Card:* Antony Petramellarij.

Ed. Bonon. 1699. p. m. 971.

A. 1624. Vladiſlaus IV. tum. *Regius Princeps*; pace foris domiq; partâ, ut experientiam & uſum ſibi acquireret, exterarum peregrinationem Regionũ inſtituit 17. Maij Varſavia diſcedens iter ſuum feliciter auſpicatus, (nullo quidem ante

ante ſe Principum Polonorum exemplo, quo ſubſequentibus ſeipſum poneret primus in exemplum:) Alberto Staniſlao Radziviſ ſupremo MD.L. Cancellario, totius itineris, reiq; directionem deferente, in nobiliſſimâ Jlluſtriſſimorum virorum, juvenumq; caterva, ſocios itineris viæq; comites agentibus. Hi fuerunt; Stephanus *Pac* Notarius MDL. Lucas *Zoſkiewſki* Ca: Kaſuſcenſis, Adamus *Kazanowſki*, Camerarius S. R. M. Gerhardus *Dœnhoff* (demum Caſtellanus Gedanenſis.) *Samuel Rylſki*; *Reinoldus Rożen*; *Nicolaus Pigſowſki* : Cubicularij Regij Principis. Nam alij Proceres, ac Ephebi, nonniſi Romæ, Principem aſſecuti ſunt; proùt *Joannes Georgius Radziwiſ* Caſtellanus Trocenſis *Ianuſius Kiſską*, Palatinus Poſocenſis, *Alexander Ludovicus Radźiwiſ*, M. D. L. Dapifer; *Ioachymus Alexander Radźiwiſ* de Kleck. *Alexander* Deus dedit *Sapieba* Cap: Orſzanenſis, *Chriſtophorus Sapieha* in Wiſnicé Subdápifer M. D. L. *Iacobus Weyher* Palatinides Culmenſis, *Nicolaus Sſuſką* Palatinides Wendenſis; *N. Scipio* Camerarius S. R. M. *Abraham Goſuchowſki* in Dźiáſoſzyce *Stephanus Galińſki*, *Lucas Stawecki*, *Mathias Drwęcki*; *Georgius Draſtáwſki*; *Laurentius Zaſuſki*; *Adamus Kucharſki*, Vladiſlaus itaq; ex Poloniâ ad Carolum Archiducem in Sileſiam, cum illo Viennam ad Imperatorem Ferdinandum II. proficiſcitur. Ab Imperatore iterùm in Bavariam ad Maximilianum Electorem; inde, per præcipuas Germaniæ Urbes, ſalutato Colonienſi Electore, Bruxellas deſcendit.

(SS. Iagodźiński in Trad. Comædiæ ex Italico. tit. *Wybáwienie Ruggierá* Crac. 1628. p. ult.)

Studio hîc prætermitto; exactam hujus peregrinationis Regiæ descriptionem, ne actum agã cum id satis prolixè jam effecerint; Everhardus Uassembergius Embricensis Gestorum Vladisl, partis 1mæ Principem repræsentantis libro 3. integro ac Stanislaus Kobierzycki Castellanus Gedanensis in Historiâ ej, ad quos remitto. Jamverò magnificam sanè, simul ac splendidissimam Vladislai *Bruxellis* receptionem (ut potè, quæ summis digitis ab ijs sit tractata) à Friderico de Marselaer in suo opere int: *Legatus* ad Philippum IV. Hisp. R. libro 2do descriptam, curiosis sciendi, non ingratum ex argumento parergon interseró.

Ed Anverp. Plantin. 1626. 4. p. m. 241. & 242.

(Bruxellam Princeps Poloniæ *Vladislaus* petens; ut modicum Comitatum suum excusaret præmisso quodam è suis, Serenissimam Infantem (Hispaniæ Claram Eugeniam Belgarum Principem & consánguineam suam) rogavit, dignaretur credere se non ut filium Regis, aut Regno destinatum sed legatum advenire; ideoq; non alio jam loco censendum esse. Attamen optima prudentissimaq; Heroina, quasi ipsâ excusatione generosior, pulcherrime testata est, magnitudinem animi sui ne modestiâ quidem posse vinci non modò ostendit honoris obsequia, sed effudit. Diceres (& durabit rei memoria) non Regis modò filium Regem ipsum in Urbem & aulam exceptum. Primùm varijs vicibus Aulicorum ordines optato adventui felicia omnia peregrè procul apprecabantur. Exceptioni autem

cory-

coryphæus conſtitutus erat Octavius *Viſconti* Comes de Gamalerio, vetuſtâ Regum Longobardorum, Ducumq; Mediolanenſium proſapiâ oriundus qui reliquos omnes deduceret, omniumq; velut ore obſequium deferret, ſubmiſſæ ſunt & rhedæ, & Ephippiarij equi, quos conſcendereet advena, & non jam alienos ſed ſuos haberet. Nobiliſſimum donum, & cujus quò frequentior accipienti uſus, crebrior quoq; honor donanti teſtatiorq;. Civium binæ velut legiones ſeu turmæ, ſcloporum repetitis exploſionibus, congratulationem quoq; ſuam teſtabantur; tormenta ænea, tonitru & fulmen imitata. Olympi, ſuſpenſæ turribus lucernæ ſtructæq; paſſim & expoſitæ plateis in omnibus lætitiæ flammæ, campanæ triumphalis, tibiarum, tympanorum, tubarum clangor, ne noctem quidem agnoſci, aut ſubſequi patiebantur. Obtulit tùm plùs ſemel Sereniſſima Infans, ut qui præſenti velut Majeſtate gratioſus advenerat, officia & munia his in ditionibus vacantia conferre vellet, carceres aperire, captivos manumittere. Sobriè oblatâ auctoritate utebatur ille, & ferè nonniſi prævio conſilio, ac propè juſſu ſic benignè honorantis. Symbolum tamen militiæ excubijs præfigere non recuſavit, quamdiù, ut potè gratus hoſpes & ſtrenuus miles aderat). Hasle.

Vladiſlaus Bruxellis deindè per Mechliniam & Antverpiam; in Caſtra Bredaica profectus, omnia munimenta & propugnacula vidit, Marchione Ambroſio Spinolâ, directionem exerci-

tûs in manus ejus transferrente, & illi ad mensam inserviente. Accidit autem, ut curiosiùs omnia lustrans Vladislaus, & baccillo oportunum munitioni extruendæ locum demonstrans, diceret: (*si propugnaculum hic exstrueretur?*) Ad aures Spinolæ venit, atq; cum tantus Princeps, belliq;peritissimus, rectè censuisse videretur, statim à digressu ejus, moliri jussit; tantâ celeritate, ut sequenti die; fortalitium cæteris altius, eodem quem monstraverat loco, (sub denominatione *Fortarezza del Principe di Polonia*) Serenissimus Poloniæ Princeps videret. Demùm omnibus perlustratis Bruxellas rediens S. Infanti valedicit. & ab aulicis ejus ad extremos Belgij fines deducitur. Per Mediomatrices & (a) Lotharingiam in Alsatiam ad Archiducem Leopoldum ascendit; à quo maximo in honore habitus, cùm Argentoratum excurrisset per Basileam & Helvetiam, Mediolanum, Genuam, Parmam, & alias Italiæ Urbes Loretum profectus (ubi ad Cymellium Marianæ Domûnculæ auream S. Vladislai statuam offert.) Cum autem Ariminum pervenisset, officiosissimâ, per modum Brevis Urbani VIII. clavum regiminis, Ecclesiæ tunc moderantis Epistolâ, Romam pro Jubilæo proximè inchòáturo invitante, & à Duce Carolo Magalotti 10. Decembris sibi traditâ, convenitur. Eam hic; ut in autographo sonat & apud Vassenbergium (pag. m. 185.) Kobierzyccium (p. m. 893.) Thomam Vitalis (in Panegyricis Regalibus) reperibilis est; adjectâ è converso; vul-

P. Olszewski Soc. Jesu in Orat. coron. Vladis. IV. (citt. à *Goreczyn* in memoriâ Vlad. p.m. 23)

a (Metz

Opp. citat. Ed. Romæ 1645. in 16. p. m. 143.

vulgari translatione quæ in opusculo Ioh: Alexandri Gorczyn, (int: Pamięć, o cnotách szczęściu, dźielnośći Władysławá IV.) legitur; connotare, haud supervacaneum duco; ob singulares; quibus oppleta est; Paternæ benedictonis; & titulo: *Decus Septemtrionis & fidei præsidium* cohonestationis; lectissimasq; expressiones.

Dilectissime in Christo Fili, noster: salutem & Apostolicam benedictionem. Hæc Patria generis humani, quæ non semel armatos terrarũ triũphatores vidit ad Piscatoris sepulchrum procumbentes, cum jam diù anxijs votis te vocet, propinqua nunc adventûs Tui spe summopere lætatur. Cum enim indicta pridẽ Anni sancti & Christiani Jubilæi solennitas, credentes populos, ad hoc Religionis sanctuariũ convocet, jucundum Cælo homi-

Upodobány w Chrystuśie Synu Nasz zdrowia, y Apostolskie Błogosłáwieństwo. Tá Oyczyzná ludzkiego rodzáiu, ktora wielekroć uzbroionych Zwyćięzcow Krolestw, widźiáłá upadáiących u grobu Rybitwiego, gdy iuż czás niemáły tęskliwemi otuchámi, życzy ćię sobie przywitáć, bliskim teraz przyiázdem w nádźiei swoiey, wielce się ćieszy. Poniewaź tedy náznáczona Roku Chrześćiáńskiego y S. Jubileuszu Uroczystość wierzących wszystkich, do Swiątnice wiary przywoływa, wdźięcznym niebieskiemu y ludzkiemu

minibus spectaculum fies Poloniæ *Princeps, qui Regiam iuventutem illustribus victorijs Catholicæ Ecclesiæ commendasti. Excitam illam, ex Aquilonis Orientisq; latebris colluviem Turcarum atq; Tartarorũ, quæ toti Europæ non ità pridem, videbat diluvium minitari Roma scit Poloni Principis virtute compressam, coactamq; fuisse, salutem, meticulosâ pactione & turpi fugâ redimere Proin, cogitare potes Te hîc Vrbis amore, & populorum plausu colendum, ubi fortitudinis Tuæ trophæa quæ Christianitatis propugnacula fuerunt, consentientibus Nationum tam diversarum vocibus celebrant. Nos verò qui jamdiù, triumphalibus tui nominis laudibus favemus,*

Apo-

mu poyrzeniu będźiesz *Krolewicu Polski* ktory Krolewską miłość swoię iáśnieiącemi zwyćięstwámi, Kośćiołowi záłećiłeś. Wzburzony oraz z Akwilonu y z wschodniego kątá tłum Turkow y Tátárow, ktory wszystkiey Europie nie dawnych czásow potopem miał bydź, Rzym wie iż iest Krolewicá Polskiego dźielnośćią znieśiony y przymuszony, boiáźliwą ugodą y szpetną ućieczką żywot odkupowáć. Ztąd pomyślić możesz; iż Cię w Mieśćie tym, w miłośći wszyscy życzliwemi głosámi czćić będą; gdzie mężnośći twoiey znáki, ktore Chrześćiáństwu Fortecámi stáneły, zgodliwemi rożnych narodow głosámi są wsławione. My záś, ktorzy od dawná tryumfu ącego Jmienia Twego sławie życzliwemi

Apoſtolici amoris brachijs Te complectemur Decus Septentrionis & *Fidei* Præſidium. *Scitò ergò Te maximã adventu Tuo Pontificiæ charitati ſolatia allatuũ, qui certè præſens cognoſces quanti apud nos Principes ij ſint. qui barbaricam impietatem profligantes cæleſte Regnum in terris propagant. Mentem noſtram uberius declarabit dilectus Filius Carolus Magalottus cuſtodiarum noſtrarum Generalis Locum tenens Cardinalis Barberini nepotis noſtri avunculus, & Cardinalis Magalotti frater, quem nobis gratiſſimum ad te allegamus, ut has Apoſtolicas litteras afferens, paternum deſiderium noſtrũ tibi ſignificet; Is autem ſe nobis morem geſſiſſe tum arbitrabitur, cum omni officij, atq; obſequij genere demereri poterit patrocinium tanti Princi-*

pis

mi ieſteśmy; Apoſtolſkiey miłośći rámieniẽ przywitamy Cię: *Ozdobo polnocnego kráiu y wiáry obrono*: Wiedz tedy że wyſokie przyiázdem Twoim, Páſterſkiey miłośći poćiechy ſpráwiſz, ktory zápewne widźieć będźieſz, iáko wielce poważamy te Xiążętá, ktorzy Pogáńſką niezbożność gubią, Niebieſkie Kroleſtwo, ná źiemi pomnażáiąc. Myśli Náſze doſtáteczniey wyráźi, kocháný Syn Mágálotti, ſtraży Náſzey Generał Leitnánt, Kárd. Barberina Synowcá Náſzego Wuy y Kárdynałá Mágálottego Brát, ktorego Nam naymilſzego do Ciebie poſyłamy; áby Tobie Apoſtolſkie piſánie oddáiąc, Oycowſkie uteſknienie Náſze Tobie oznaymił. Ten záś, ſkłonność zwyczáiu Náſzego wyrażáiącym, naylepiey będźie rozu-

má-

pis cui ad nos proficiſcenti felix iter precamur, & Apoſtolicam Benedictionem amantiſſimè impertimur. Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo piſcatoris die 28 Novembris MDCXXIV. Pontificatûs Noſtri Anno. 2.

miány, gdy wſzelákiey powinnośći, y uſługi ſpoſobámi; zá hećić będźie mogł tákowego Krolewicżá. Ktoremu do Nas przyieżdżáiącemu ſzczęśliwego poiázdu życzemy, y Apoſtolſkiego Błogoſłáwieńſtwá miłośćiwie pozwalamy. Dan w Rzymieu S. Piotrá pod pieczęćią Rybitwá, dnia 28. Páźdźierniká. Roku 1624. Páſterſtwá Náſzego Roku wtorego.

His Pontificijs Literis Poloniæ Princeps invitatus, recta Romam properavit. Cũ autem in Caſtelnuovo perveniſſet Cardinalis de Torres Protector nationis Polonæ, ipſi in occurſum venit. Cæterùm cùm Romæ, Poloniæ Principem, tot nobiliſſimis victorijs clarum jam in propinquo eſſe, tota paſſim Urbe vagaretur; & concurſus ingens, tantum videndi Principem curioſorum hominum, nullo turbidi àëris pluviæq; reſpectu, fieret, Vladiſlaus Princeps, clauſo curru, ne ob præſentiam Cardinalis agnoſceretur, Romam per rexit, Palatiumq; Ducale Ammerini Capponi propè *portam populi* conmorationi ſuæ aſſignatum invectus mu- Vaſſemb. l. c.

tatis

tatis tantũ, veſtib9 ſtatī ad Palatiũ Summi Pontificis à Cardinale de Torres Urbano VIII. reverentiam facturus deducebatur. Cum autem Summi Pontificis ante cameram venerat factum ſibi obviam Card. Barberinum Pontificium Nepotem offendebat, ità inter eundem (cui ſiniſtra) & Torreſium Cardinales (cui dextra dabatur) medius, in Conclave S. P. introducebatur; & factis trinis reverentijs, ad quas ſingulas ſua Sanctitas, mediocri corporis paululum inclinati è throno ſublevatione' reſpondebat, propiùs accedens, in genua provolutus, pedem Summi Pontificis exoſculabatur. Qui arcto complexu ſublevati caput ori ſuo, utrinq; ſingulari cum affectu apprimens eum ſedili ligneo depicto, ad ſedendũm à manu ſibi dextrâ invitabat dictis Cardinalibus à ſiniſtrâ in ſimilibus ſedilibus collocatis à longè.

Statimq; januaclauſa fuit, fere per mediam horam. poſt hæc ſupra memorati Proceres & nobiles Poloni ſunt quoq; intromiſſi, Princeps poſteà viſenda Romæ adibat, & occupabatur uſq, ad vigiliam Nativitatis, quo die anté veſperas Porta Sancta aperiebatur, Pro Vladiſlao Pontifex in atrio præparari curaverat theatrum è regione ipſius Portæ Sanctæ. His deindé diebus Vladiſlaus à Cardinalibus varié viſitatus, ſummis honoribus afficiebatur, præſertim cum ipſius Conſiſtorij decreto, primæ ipſi ab omnibus Cardinalibus eſſent delatæ Penitus ſuper omnia quæ maximé Roma veneratur antiquitatis Chriſtianæ

G 2 monu-

monumenta, linteum eſt, quod D. Veronica Chriſto Crucem ferenti ſudore, ſanguineq; madenti porrexit, cui ille ſacratiſſimæ faciei imprimens lineamenta, piæ mulieris affectûm relictà ſui perpetuâ memoriâ gratus rependit. Hunc porrò tam nobilem theſaurum, Vaticana aſſervat Baſilica, neminiq; ad illud Sacrarium patet aditus, niſi qui Divi Petri Canonicus eſſet. Anhelabat Princeps & videre & attrectare tam ſingulare donum, venerariq; vultûs divini umbram, cujus ut ſatisfieret deſiderio, Vrbanus ad Cardinalium Senatum retulit, rogavitq; ſententias; num Vladiſlaus Poloniæ Princeps Collegio Canonicorum adſciſcendus eſſet, ſed pleriſq; tergiverſantibus; unicumq; exemplum Caroli V. Impp: referentibus, cui tot Imperiorum Monarchæ, tot victorijs clariſſimo, an Vladiſlaus conceſſo pari honore exæquandus eſſet, quæſtionem haud poſtremam videri. Tum verò Pontifex, *nihil ſe moveri* (inquit) *Imperatoriâ Majeſtate, facileq; ſe æquiparari poſſe Carolo V. Vladiſlaum Poloniæ Principem, atq; eos omnes, qui triginta prælijs Turcam fuderint*, Conceſſoq; privilegio Canonicum S. Petri renuntiat. quo beneficio, fretus à duobus è Collegio Canonicorum ad ſacrarium deductus eſt, ſumptà linea deſuper veſte vulgo ſuperpelliceo, & ipſe cum maximo pietatis ſenſu fruebatur conſpectu tam ſancti venerandiq; pignoris, & illud affuſæ undiq; populorum turbæ è ſolitio theatro videndum exhibuit, ac formato Crucis ſigno benedictionem impertivit. Et

hæc

hæc in ipſo veteris anni decurſu acta ſunt, ut vero kalendæ Ianuarij novum aperuêre, ejus auſpicia Pontifici per Radivilium Ducem, apprecatus, itineri Neapolim verſus ſe accinxit, poſtquam hortos Tiburtinos, Tuſculum, & fontes aquæductusq; Fraſcatinos luſtrâſſet. Ingreſſus fines Regis Hiſpaniæ Fundos nempé, Proregis Neapolitani (qui tunc erat Dux Albæ) Comiſſarium D. Iohannem Deodati obvium reperit, qui & ſalutaret & invitatum deduceret exciperetq; Ventum tandem Neapolim ſexto poſtquam Româ abierat die, nec tardavit Prorex adire venerariq; Principem Palatium, omneq; officij ac humanitatis genus deferre. Sed ille æſtimata ſereno vultu, blandioriq; alloquio ipſius benevolentia, propenſaq; voluntate, petijt, ut ſibi ſub perſonâ ignoti tantò liberiùs urbem, vicinaq; Loca luſtrare liceret, expleturum deindé deſiderium Proregis ſua in Palatio præſentia, daturumq; aliquot horarum ſpatium, familiari colloquio. Et fecit libenter; namq; unà, cum Prorege cænavit, & in ſuum honorem inſtitutis voluptuarijs præliorum ſimulachris, ludicrisq; decurſionibus interfuit, quo in genere ludorum Neapolitana nobilitas cæteris anteit facilé, in apparatus, magnificentiam, ſumptusq; immodicé profuſa. Eundem honorem Vladiſlao præbuit Nuntius Apſtolicus *Pamphilius*, qui poſt; ad Pontificatus aſſumptus eſt faſtigium ſub Innocentij. X. nomine. Altera die miraculum reſolutionis ſangvinis S. Ianuarij, quod admoto ejus 9. Jan.

G3 capite

capite fieri quorans solet, Vladislaus spectavit. Tertia, Puteolos, reliquiarum antiquitatis lustrandarum causa profectus est. Ita demum post varia spectacula, tripudia, more gentis edita, Prorege amicé salutato, Neapolim Vladislaus reliquit, Romamq; iterato petijt.

Tunc eum, ProRegis nomine, idem qui anteâ. Iohannes Deodati Proregius Delegatus, per totam ditionem Neapolitanã lautitias præbens Fundos iterum comitatus est, & Pontificis officialibus in limitibus Principem honoris gratia exspectantibus, in manus tradidit. Ita Poloniæ Princeps iterum a D. Carolo Magalotti curribus & equis Pontificijs exceptus, ab eodem rursùs Romam, & ad Palatium S. Petri (ubi toto deindé commorationis tempore hospitium habuit) deductus est.

Altera ab adventu luce; (19. Ianuarij) Vladislaus; in sacello interiore, ab Vrbano VIII. ense & galero benedictis præcinctus ac redimitus est. Exactam huius Cæremoniæ descriptionem; ex varijs Authoribus suo quemq; loco dispositis, excerptam, jam nunc accipe.

Ed. 2. Ged. 1643. p. m. 197.

Everhardus Vassenbergiùs gestorum Vladislai IV. Parte 1ma Principem repræsentante Lib. 3.

TUnc inter alia iterum in honorem Poloniæ Principis, cum jam discessum pararet, illud æternâ memoriâ dignum. Cum moris sit ut qua-

quolibet Anno Jubilei, (*hic Vassemb. hallucinatur; nam id fit quovis Anni recursu; non tantùm Jubilei*) ensis bis acutus, pileusq; holosericus pelle hermelinorum subductus, benedictione Papali sacratus, cuipiam Christianorum Principũ offerretur; hoc quoq; favoris genere, munificentiam in multis, ergà Poloniæ Principem, prolixe exercitam, Summus Pontifex cumulare voluit; Itaq; abdito ritu, in hâc occasione adhiberi hucusq; consveto, in gratiam Principis, posthâc semper usurpanda ceremoniâ novâ, in Sacello Pont interiore, juxtà conclave ejus, *gladius* ille lateri Vladislai Principis à Summo Pontifice applicatus, à Magistro Cæremoniarum cingulo astringitur; ac deindè exsolutus Radzivilao Duci tenendus traditur. *Pileus* consecratus similiter Capiti Principis à sua Sanctitate impositus curæ ejusdem Ducis committitur. Adhibitæ sunt in hoc actu Cœremoniæ orationesq;, quas hodiernus Pontifex, extersis ob inconcinnam, quam referebant ruditatem veteribus, de novo, ut dixi composuit. *Hucusq; Vassemb.* Has Cœremonias, orationesq; (prout tunc usitatæ fuerant) reperi, in appendice Panegiricorum Regalium P. Thomæ Vitalis Pedemontani à Monte regali S. T.M. Ord. Prædicatorum, olim Provincialis Armeniæ Majoris & Missionarij Apostolici; Has nunc in extensum exscriptas; inserere visum.

Ed. Romæ, 1645. in 12. pag. m. 134. & seqv.

De

De traditione pilei & ensis benedicti.

Pontifex indutus vestibus Consistorialibus, stans ante Altare; Principem Sacris armis decorandum, ante se jubet genuflecti & ait.

℣. Adjutorium nostrnm in Nomine Domini.
℟. Qui fecit Cœlum & terram.
℣. Kirye eleyson.
℟. Christe eleyson, Kirye eleyson.
Pater noster.
℣. Et ne nos inducas intentationem,
℟. Sed libera nos à malo.
℣. Esto nobis Domine turris fortitudinis,
℟. A facie inimici.
℣. Nihil proficiat inimicus in eo,
℟. Et filius inquitatis non apponat nocere ei.
℣. Fortitudo mea, & laus mea Dominus.
℟. Et factus est mihi in salutem.
℣. Si consistant adversum me castra.
℟. In hoc ego sperabo.
℣. Non salvatur Rex per multam virtutem,
℟. Et gigas non salvabitur in multitudinæ virtutis suæ.
℣. Hi in curribus, & hi in equis,
℟. Nos autem in nomine DEI exercituum.
℣. Dominus vobiscum,
℟. Et cum spiritu tuo.

ORE-

OREMUS.

OMnipotens ſempiterne DEUS, prælianțium fortutudo & triumphantium gloria, dilectiſſimum hunc Filium Noſtrum LADISLAUM, coronatum ſcuto bonæ voluntatis Tuæ, armare digneris galeâ ſalutis, & diadema perfecti decoris; impone ſuper caput ejus; ut ſævientibus periculis, ſe in medio umbræ mortis objicere poſſit incolumis, ad tutelam Fidelium & gloriam D. N. J. C. Qui tecum &c.

Pontifex ſedens accipit pileum eumq́ Principis capiti imponit.

ACcipe Dilectiſſime Fili Noſter, pileum hunc aureis Spiritûs Sancti radijs micantem, ubi candentes uniones non rapacium avium crudelitatẽ ſed pacificæ columbæ innocentiã effingunt Cogitare enim debes, bella tùm demũ juſta eſſe, cũ non uſurpandi Imperij, aut opũ rapiẽdarũ cupidine geruntur, ſed ſuſcipiuntur Spiritu S. admonente, ad propagandam fidẽ, & ad ſtabiliendã pacẽ, quæ relicta Principibus terræ fuit hæreditas Chriſti in Cælũ redeuntis. Qui vivit & regnat &c

Pontifex ſtans accipit gladium è vaginâ eductum.

℣. Væ! genti inſurgenti ſuper genus meum.

℟. Dominus omnipotens vindicabit. in eis

℣. Maledict9 homo, qui prohibet gladiũ ſuum à ſanguine.

℟. Et non facit vindictã in nationib9 non credentib9

℣. Apprehende Domine arma & ſcutum.

℟. Et exurge in adjutoriũ mihi.

℣. Iudica Domine nocentes me.

℟. Et expugna impugnantes nomen Tuum.
℣. Gladius eorum intret in corda ipsorum.
℟. Et arcus eorũ confringatur;
℣. Lætabitur juſtus cum viderit vindictam.
℟. Manus ſuas lavabit in ſanguine peccatorũ.
℣. Notam feciſti in populis virtutem tuam.
℟. Redemiſti in brachio filios Iacob & Ioſeph.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu Tuo.

OREMUS.

OMnipotent Bellator, qui terribilis es apud Reges terræ & doces præliantium digitos ad bellum, dilectiſſimum hunc filium noſtrum Ladiſlaum, præcinge gladio illo ancipiti, qui profligat Legiones inferni, & militet cum eo orbis terrarum adverſus inſenſatatos, ut molas leonum conterat, & dentes peccatorum confringat, & in ſplendore fulgurantis haſtæ tuæ barbaras nationes ſubdat Domino noſtro Ieſu Chriſto. Qui tecum &c.

Pontifex ſedens enſem nudum tradit Principi.

ACcipe dilectiſſime Fili noſter Ladiſlae mucronem Domini, & gladium ſalutis, & fiat in dexterâ virtutis Tuæ, innocentium tutela, & impiorum flagellum, & ad gloriam Dei omnipotentis & Sanctæ Matris Eccleſiæ illuceſcant coruſcationes ejus orbi terræ.

Pontifex acceptum gladium vaginâ tegit & Principem eo cingit.

ACcingat Te gladio ſuper femur Tuum potentiſſimé, qui ſuperbis reſiſtit, humilibus autem gratiã

gratiam dat, Tu autem crebris victorijs, cole Deum exercituum & ultionum Dominum. In nomine Patris & Filij & Spiritûs Sancti. Amen.

Spondanus in Annal. Eccl: Tomo. 3. ad A. 1625. n. o. 1. Lutetiæ 1641 p. 874.

VLadislaus ab Vrbano P. cæterisq; omnibus summo honore exceptus, cum ob dignitatem Regy nominis tum maxime ob res præclarè adversus Moschos & Turcas gestas, &c. ac. munera a Pontifice accepit, ensē & galerū nocte Natalis Domini solenni ritu benedictos

Ioannes Palatius in gestis Pontificum Romanorum tomo 4to. Ed. citt. pag. m. 543. n. 8.

ADerat (in apertione Portæ Sanctæ) Poloniæ Princeps *Sigismundi* Regis filius, *Vladislaus*, quem Papa in Vaticano exceptū Regio sumptu alebat. Hunc in aulâ Consistorij convivio excepit, *ensèm, galerum* nocte sacratum Dominicâ eidem donavit.

Stanislaus Kobierzycki; Historiæ Vladslai Lib. II. Ed. Dantisc 1655. in 4. p. m. 901.

VLadislao redeunti Romam Palatium S Petri destinavit Pontifex, ibidemq; lauté habuit, novo deinde honore auxit, *gladio, galeroq;* collatis. Vetus is Pontificum Romanorum mos est ea dona in Natalis Domini nocte consecrandi, Catholicosq; ad Principes, uti Ecclesiæ defen-

 sores

ſores tranſmittendi: Sed Vladiſlaus ab ipſius Pontificis manu, magnificé juxta ac reverenter accepit. Namq; in ſacello interiore Vrbanus *gladium* gemmeo capulo radiantem lateri ejus applicuit, qui à Magiſtro Cæremoniarum cingulo adſtrictus, poſt exſolutus Duci Radivilio adtenendum traditus eſt deinde *galerum* capiti impoſuit, conſuetâ bené precandi formulâ recitatâ.

CdCrac.1633 in 4. p. m. 31, *Iacobus Vitellius in Paneg. int: (Auguſta Regni felicitas in aditu ad Regnũ Vlad. IV.)*

SEd nihil æquè plauſibile fuit, quam cùm illuſtria & mâxima omnis humanitatis & affectûs paterni indulgentiſſimi, tanto Regi Sanctiſſimus declaraſſet indicia, quò magis hunc invictum terrore & perfidiâ hoſtili animum, Religioni Sanctiſſimæ & Patriæ obligaret. Cum verò magnos bellatores qui ſe caputq; ſuum; pro templis arisq; ſacratis in hoſtium mucrones obieciſſent, ſacro ritu, verbis religioſe conceptis, cæleſti ſoleat communire & inſignire armaturâ eandem Sereniſſimo auſpicatò, religioſe, ſancto more, ſanctiſſimis Cæremonijs, antiquo & recepto ritu, impertijt, datis armis benedictionem. Inſigne & in omni poſteritate commemorandum illud ſpectaculum fuit cum maximus Eccleſiæ Paſtor Cælo proximum in terris Caput, ſacris altaribus aſſiſtens vota pro Regno hoc ampliſſimo, & incolumitate Sereniſſimi nuncu-

nuncuparet, eumq; quiſe omnibus pro Chriſti hæreditate periculis devoverat, hic Angelus Domini, quaſi alterum Gedeonem, hortatu divino, cæleſti voce, amplius in hoſtem animaret, atq; inflammaret. Vtq; non dubia agendorum ex hoſte triumphorum duceretur fide, etiam cæleſti veluti depromptis armamentario inſtruxit armis *Ornavit diademate benedicto Caput*, pro ſalute publicâ, telis hoſtilibus propoſitum ut hoc, quaſi, galeâ ſalutis communitum, animoſius ſtaret, in periculis Eccleſiæ & Patriæ propulſandis *Vacuum vaginâ porrexit mucronem* cujus fulgore oculos improborum perſtringeret, terrore exſtirparet flagitia, injuriâ innocentes prohiberet. Accinxit lateri ſubſidium belli & pacis opportunum, illuſtre tot victoriarum monumentum, honorificum à ſummo & ſanctiſſimo Eccleſiæ Paſtore defenſæ religionis teſtimonium. &c.

Samuel de Skrzypny Twárdowſki in vitâ Vladiſlai IV. carmine Heroico; Idiomate Polono conſcriptâ. Puncto 3. Ed. Lſnæ ap. vetteruſium. 1649. in fol. p. m. 171.


. . . . Aż gdy w ſwoie zátym
Brał ſię drogę, był ieſzcze Oćiec Swięty ná tym.
Zeby nád Chrześćiańſkie inſze go Xiążęta
Czym więcey przyozdobił, zwykł więc pod te Swiętá
Porty złotey; poſyłáć miecz z oboiey ſtrony
Rowno oſtry; y biret przez ſię poświęcony.
Z naypierwſzych Europeyſkich Monárchow ktoremu
Z oſobnego faworu, y ten honor Iemu

Dał wyſoki á náwet náprzykład pámiętny
Samże w drogiey Cápelli, miecz ten oboięłny
Przypáſał mu do boku, y czapkę ná głowę
Włożył błogoſłáwioną; gorącą przemowę
Z uſt wylawſzy do Niebá, y Pátronow Swiętych
Zeby w tych wiktoryách ſzczęśliwie zawźiętych
Do końcá go ſzczyćili. Po ktorey ſkończoney
Rzadkiey ceremoniey, zpoł znim ieść prośzony. &c.

Ed. Crac. 1649. 4. p. m. (16. 17.)

Sebaſtianus Fabianus Stryiewicz in (Imagine Vladiſlai IV. expreſſâ) orat. fun.

CRescit en! creſcit fatalis tibi Polonus ſcipio, qui licet nunc tantis Patriæ calamitatibus ſubvenire velit & poſſit, pleniorem tamen in throno conſtitutus Regali, de Te (Adolphe Guſtave) victoriam exſpectat. Vides? illum à Sanctiſſimo Eccleſiæ Paſtore, quaſi è cæleſti depromptis armamentario armis ornari, ac contrà omnes non tuos modò ſed omnium Chriſtianitatis hoſtium impetus præmuniri. Hoc diadema ſacrū, quo caput eius toties pro ſalute Patriæ graviſſimis expoſitum periculis ornat; ardore maximo; animū ad profligandos. Eccleſiæ hoſtes inflā-mabit. Hic mucro vaginâ vacuus, qui ſacris ſūmi Eccleſiæ Paſtoris manibus porrigitur, perſtinget oculos hoſtium ut ad illius conſpectum totis viribus, atq; artubus contremiſcant. &c



Ian

Ian Alexander Gorczyn in Opuſc: Pámięć o Cnotach, ſzczęśćiu, dźielnoſci Władiſławá 4. Ed. Crac, 4. 1648. p. m. 26

CEremoniey zwyczáyność dawną, przy poświęcániu mieczá y mitry odmienił. (Urban 8.) ná znák faworu niepoſpolitego; ſampotym ręką właſną, ná znák rzetelney y ſzczegulney łaſki; iákiey żáden áni z powinnych, áni z Monárchow przedtym nie doznawáł, do boku Iego miecz przypáſał, ſamże mu Mitrę ná głowę włożył. Máło ná tym rozumieiąc, ciáłámi SS. Primuſa y Szczęſnego, wktorych dzień urodził ſię, ochotnie udárował, y wielkiemi błogoſłáwieńſtwy; Oycowſkim áffektem uraczył.

§ *Manuſcriptum Alber. Stan: Radziwił Cancellarii MDL. (illius ipſius, qui in hoc itinere, Vladiſlao Gubernator præficiebatur) De rebus Sgiſm. 3. Vla. 4. & Ioannis Caſ.* p. m. 41.

PEracto prandio, 72. Muſici ex præcipuis Italiæ totius (*moderatore Iohanne Ciampoli Secret. & Camerario Pontificio)* ſuaviſſimé canebant, Vladiſlaó Principi de obtentâ & reportatâ ex Oſmanno Turcâ, victoriâ, verſibus, quos ipſemet Urbanus P.p. compoſuit; Dolendum, quod perierint, nam Kazanovius Magno Duci Hetruriæ mutuò dederat, nec ſunt reſtituti. *Gladio etiam conſecrato ſequenti mane, celebrato ſacro Pontifex accinxit Principem*, deindé exemplo Urbani II. Gorczyn, c,

ni II. contrà Turcam expeditionem moliebatur; optando, ut *Princeps*, ſupremus Generalis crearetur, & alios Reges & Principes invitare deſignaverat &c.

Ed. 1647, in 4, p, (18) § *Fr. Paulus Piazza, in Panegirico Varſaviæ per Elert. Italico Idiomate impreſſo ſub tit. (Fama reale, overò il Principe trionfinte Vladiſlao 4. Monarca delle Polonie edi Svetia)* ex quo verborum contextu, eruit Urbanum aureâ quoq; roſa benedictâ, Vladiſlaũ donâſſe.

Si ſtimò fortunato il Pontefice Vrbano, che all' della Santa aprire Porta; v' aſſiſteſſe ſi nobile e religioſo Peregrino, e ſi gloriò di poter coronar ſolennemente le voſtre glorie militari, con la *Roſa d' oro* che pur é prima tra i fiori e prima trà gli odori, e dipoter render aflatato il voſtro altiero fianco, cingendovi di propria mano il ſtocco benedetto. Et acciò in alcun tempo mai poteſte haver dubbia, la divinita di quelle predittioni volle accompagnare ai Decreti del Cielo, anche i teſtemoni della terra, ben certo, che quanto foſſe da lui legato in terra ſarebbe legato indiſſolubilmente in Cielo, facendovi divoto dono de' ſacri Corpi delli medeſimi. *Primo e Feliciano* per che haveſte con voi a tutte l' hore ſempre, i Compromiſſarij delle già promeſſe prime feliciſſime aventure.

Vladiſlaus tot tantisq; honoribus cumulatus jam valedicturus, poſt impreſſum à Pontifice capiti abeuntis oſculum fauſtamq; apprecationem, dimiſſus eſt; donumq; accepit ſingulare, offeren-

Kobierzycki l, c,

offerente illud à ſuâ Sanctitate Cardinale Barberino, videlicet DD. Primi & Feliciani cineres. Patronorum dici natalis ipſius, quod inſigne munus Regnum adeptus Varſaviæ in templo Patrũ, quos ex inſtituto *Piarum Scholarum* vocant depoſuit, ibidemq; aſſervatur Magnâ cum populi veneratione Sed de Vladiſlao ſatis.

Quod Iohannes Caſimirus Rex ſimilia à Sede Romana munera habuerit ſibi tranſmiſſa, planè non conſtat; nec affirmare auſim. Si tamen aliquando recepiſſet, certe tum, cum ab Alexandro VII. *Regis Orthodoxi* titulo, (ad normam Galliæ qui *Chriſtianiſſimus* Hiſpaniæ qui *Catholicus*, Angliæ qui adhuc dum licet immeritò *Defenſor fidei* audit.) inſignitus fuit. Conf. Kwiatkiewicz. pag. 952. & Iohannis Zielenevicij, Epiſtolam Dedicatoriam Orthodoxæ Maieſtati, Ioh:Caſimiro, Deſcriptionis memorabilis victoriæ de Szeremet &c ad Cudnoviam reportatæ.

Eodem ipſo *Defenſoris fidei* titulo, condecoratus quoq; eſt Æcuẽnicæ Sedis præconio. Ioh:Caſimir9, prout teſtatur Kochowſki Climactere3. lib. 7. EdCrac1698 in 16. EdCrac1698 f. p. 121.

Anno Domini. 1672. Clemens X. P. Orthodoxis Majeſtatibus; Michaéli quidem *enſem & galeam*; Eleonoræ verò ejus conſorti *roſam* benedictam, per Abbatem Petrum de Pilcá Koryćiński Camerarium honoris. S.S. (Decanum & ſucceſſivé Officialem & Archidiaconum Pultovienſem; Coàdjutorem Præpoſituræ Miechovienſis) dono miſit; quæ ipſi ritu ſolenni in Eccleſiâ S. Iohannis; Collegiatâ Varſavienſi

 per

per Franciſcum Bonviſiū Archiepiſcopū Theſſalonicen Nuntium Apoſtolicum ſunt reddita. Nulla prædictæ Cæremoniæ exſtat in Epiſtolis Zaluſcianis mentio; unicum ſaltem veſtigium deprehenditur in Epiſtola Olſzovij Pro-Cancellarij Regni ad Cardinalem Altieri, quæ in dictis Epiſtolis Załuſcianis Tomo 1. parte 1. pag: 417. reperitur; quod ſic ſonat.

Quam lætum nobis fuit & honori nationis noſtræ duximus, demandatam eſſe à SSmo. D. N. provinciam. D. Comiti Korycinio deferendorum munerum Apoſtolicorum, enſis & roſæ benedictæ pro ſuis Majeſtatibus Poloniæ, tam nonnihil admirari ſubit immutationem inſtructionis ad Ill. & Rev. Nuntium Apoſtolicum, hic noviter ſuperveniſſe, quâ mandatis prioribus ſuæ Illuſtritatis atq; exiſtimationi. D. Koryciny, non leviter derogatur. &c. Cæterum D. Comes Korycinius, vir eſt ſummæ in Polonia Nobilitatis? Magni Cancellarij filius avitis familiæ decoribus inſignis, amicitiarum & cognationum plenus, eoq; nomine affinitatis cum domo mea mihi obſtrictus, oratam velim Eminentiam Vram, ut informet, ſi ita videbitur, ſuam Sanctitatem, decenter & ex dignitate, id munus ab illo peragendum, verſari in eo exiſtimationem gentis noſtræ, ut honoretur, quem ſummus Pontifex voluit honorari, neq; exiſtimandum eſt, aliquem malevolorum prævalere poſſe, ut D. Koryciny dignitas diminuatur, quā præter ejus merita S. Sanctitatis apud nos devotiſſima reverentia ſuſtinebit.

Sed jam ad Iohannem. III. Magnum illum

ac

ac æterna memoria dignum Sarmatarum Regem pergamus. Princeps hic Marte ferox & vinci nescius armis, postquam A. 1683. Leopoldum. II. Imperatorem auxilaribus juvisset copijs, & Viennam Austriæ; Christianitatis hostium obsidione liberasset; (simili normâ ut jam antè annos 9. fecerat, dum post victoriam Chocimensem Turcarum signa Romam BB: Apostolorum tumulo misit offerenda prout testatur numisma æri incisum, hominem Polono vestitu, ingeniculatum, labarum Otthomanica lunâ insignitum, Pontifici tiarato, (Clem. X.) tradentem cum Epigraphe: *Turcar. signa â Polonis relata* 1674. repræsentans ejusmodi cælatura est reperibilis ap. Palatiũ T.4.n.14.) Joannes inquã Sobieski fuso ad internecionem. Turcico exercit; datis ex *Veserÿ Magni tentorÿs* ad Innocentium XI. Literis, hujus expeditionis enarrationem continentibus; eidem per Secretarium suum D. Talenti Italum, Labarum Mahumettanum, in aditu Visirianæ stationis inter cætera opima spolia repertum, dono misit. Nuntio accepto Innocentius, gratias publicè Deo solvit, distributis in alimoniam pauperum 4000. nummis apertisq; carceribus ad libertatem eorum, qui debitis gravarentur vel delictis, creditoribus ære æqualiter retributo; delinquentibus verò pœnâ mitigatâ. At D. Talenti aureo donavit torque ponderis librarum quinq; cum numismatibus argenteis & aureis. Card. Fran. Barberinus, regiâ munificentiâ donavit eidem Crucem la-

p. 661.

Palatius Tõ. V. p. 75.

I a pillis

pillis intextam, pretiosis, pretij Ducatorum 1500. Princeps Palestinæ, ejusq; conjux, Crucifixum aureum Regi miserunt; Nuntio pretiosa munera. Exstat; iu collectione Poemation; Co: Andreæ Zabarellæ Nobilis Patavini sub tit : L' *Infedelta Musulmana*, ingeniosissimum, in dictum vexillum Tetradecástichon, quod hic ; ne pereat fragmentum, colligo.

Ed. Patavij 1693. in 12. p. m. 35.

Sopra la rapita insegna Ottomana, parlando con il. Re. di Polonia il. quale la mandd à donare al. Pontefice, per il. S. Secretario Talenti Sonetto.

Questo serico Panno, in cui severo.
Scrisse Cifreprofane il Turco orgoglio.
Vada a coprir del' adorato Piero.
Con giusta pompa i. primi gradi al soglio.

§

Degna é Roma, d' haver Trofeo guerriero.
In si gran preda l' Arabo cordoglio.
Ne ignote fian d' vn desolato Impero.
Le spogliè trionfante al Campidoglio.

§

Odi ò Sarmate Eroe, tue forze aduna;
Fù poco, aver tolto ad inique Tende.
L' insegne ree dela temuta Luna.

§

Lagran Nave de Pier ben presto attende.
Per formar vele à la fedel Fortuna.
Di' quel Barbaro Crin tutte le Bende.

Tri-

Triumphale hoc labarum, Joannes Casimirus Denhoff Abbas Claræ-tumbæ tum Ablegatus extraordinarius; ad S. Sedem; (dein Cardinalis S. R. E. Episcopus Cæsenaten:)

Missus ut Odrysij vexillum triste Tyranni. P. Dña scenus S. P. in Erymanto. vars. 1713. p. m. 248.

Pontificis sacros poneret anté pedes.

ejusdem anni die 27. Septembris, summo Pontifici supplex obtulit; facto prius elegantissimo præloquio; in frequentiâ Sacri Collegij Cardinalitij, Legatorum Exterorum, Prælatorum & cæterorum Magnatum Curiæ Romanæ, in quo; pompatica illa Julij Cæsaris; Johanni Regi applicuit verba. Venit vidit vicit. Kwiatkiewicz. p. m. 980.

Hunc sermonem, cum Latino quo pronuntiatus fuerat Idiomate, reperire nusquam potuerim, Translationem Gallicam, iussu Reginæ à D. Dalerac factam; hic appono. Anecdotes de Pologne 1699. amst. Tom I. pag. 411.

Tres saint Pere. C'est une coûtume, qui n' est pas moins ancienne, que le temps des Heros d' etendre sous les, pieds des Vainqueurs les drapeaux desennemis, vaincus; afin deles conduire, par un chemin si beau, au tẽple de la Gloire; parmi les louanges eclatantes, qu' ils ont meritées. Mais comme IEAN. III. Roi de Pologne, mon Maitre, n' a que des Sentimens relevéz & que s' oubliant luy- même, il n' a eu pour objet dans la victoire, qu' il vient dé remporter, que l' avantage de l' Eglise, comme sa pieté envers Dieu, & son respect envers Vôtre saintete, & le saint Siege Apostolique, egalent sa valeur; c' est aussi à vos pieds Tres saint Pere, qu' il veut que je mette, le grand & principal Etendart de l' armée

armée infidele que sa Royalle main a arraché aux Turcs au mileu de leur camp, & dans cet étendart il abbat devant vous par mon ministere, tout l' orgueil de la puissance Ottomane, Ce grand Roy est venû, il a vû il a vaincû, il a laissé ses Etats, il a quitté & presque abandonné la Reine son Epouse, avec les Princes ses enfans, & a courû au secours de Vienne assiegèe, pour la delivrer & pour sauver l' Empire; mais le merite de cette action extraordinaire remonte, Pere saint, jusq' à vous, qui avez incité mon Maître à l' entreprendre; & la gloire de ce Prince est d' avoir rendû à Vôtre, saintete, une obeissance sans exemple. Il a vu aussi, mais sans pâlir, les redoutables Escadrons des Infideles; & l' extreme danger dont l' Europe entiere étoit menacée; Mais vôtre sainteté avoit deja vû elle même, que ce Prince étoit le bouclier, qu' il falloit opposer aux traits infinis d' vn Ennemi si terrible; & elle avoit connû, par vne lumiere particuliere du S. Esprit, quil étoit destinè de Dieu, pour étre le Defeneur de la Religion Chrétienne. Enfin il a vaincû, & pour le marquer en peu de mots, son bras rapide, comme la foudre a renversé vn nombre si prodigieux de ces Infideles, que lorsqu' ils furent étendus sur la poussiere, à peine le champ de bataille, les pouvoit contenir.

Et tu vois dans cette victoire.
Rome, de tes Cesars, renaitre les lauriers
Iean troisieme te rend luy seul toute la gloire
Des triomphes de tes, guerriers,

Mais Tres saint Pere, une victoire si belle, a eté remporteé, sous vos auspices vous avez vaincu tous deux:

deux: Vous, avec vos prieres mon Roy avec son epée; Vous en faisant des profusions de vos tresors, pour cette sainte guerre, mon Roy en exposant son sang & sa vie. Iettez donc saint-Pere les yeux sur cet Etendart, recevez-le avec plaisir, puisqu' il sera dans les siecles futurs, l' ornement qui sera éclater la gloire de vôtre Pontificat, & jouissés long tempſ de cette glore sur la terre, comme du fruit de vos vertus, & de celles du Monarqe invincible, qui vous fait cepresent.

Extitat nummus triumphalis; hujusmodi vexillum Mahumettanum Pontifici, à Rege Poloniæ dono missum superpositâ B.V. Mariæ; Iesum gestantis effigié repræsentans, sub epigraphe. SVB. TVVM. PRÆSIDIVM. POST TVRCAS Ad BARCHAM. (cæsos) (Hujus nummi cælaturam reperies apud eitt: Palatiū ingestis summ: Pontif. Tomo V. pag. ultimâ. no. 13. inter alia Innocentij XI. numismata.)

Innocentium P. hæc Ioannis Regis, eum in modum, obstrinxit humanitas; reverentia facti, simul & majestuesitas muneris ut condigné illa rependere satagens, non tantum Breve Apostolicum vividis; jubili ob tam insignem de Christiani. nominis hostibus reportatam victoriam præconcepti refertū sensibus, ad eū perscripserit; magnificentissimo *Defensoris Religionis Chistianæ* titulo inibidem, psum cohonestaverit, verum etiam, haud contemnenda, ensis & pilei solenni ritu sacrorum; ipsi transmiserit donaria „ *Havutone poscia* (verba sunt, Ioh: Bapt: Pittoni sacerdotis

Ed Venetæ. 1695. in 4. p. m. 20. dotis Veneti in vitã Innoc: XI. ab ipſo Italicé vulgata) *il Regio ſtendardo rimeſſògli dal Rè di Polonia, che lo preſe ſotto Vienna ſcriſſè alla medeſima Maeſtà, profondi ſentimenti di congratulazione, dichiarandolo, Difenſore della Religione Christiana. Accompagnò queſto titolo Coſi* Specioſo, con quel honore marziale *di ſtocco, e, pileo che Solamente ſuol darſi ai Campioni Cattolici, de quali ſi ſè noto il valore, nelle, Battagliè e ſotto la di cui direzzione riportò da Infedeli ſanguinoſè vittorie, la noſtra Fede*; Magnificé ſané, ac eleganter; horum Pontificiorum munerum Sobieſkio demandatorum; fecit mentionem Polona Societas IESU in ejus funebri Panegirico; titulum *Dolentis Europæ Societas* præſeferente; & eſt ſequentis teEd. Lublin. 1697. in f. p. m. (28(29.) noris.

Innocentius XI. Adeo ſibi, & orthodoxæ Religioni, devotum Iohannis III. Caput, Militis illius in purpurâ, Herois in ſolio, Ducis in diademate; Caput, quod in pericula, morteſq; ipſas, pro Chriſtiana Republicâ devoverat, recuſa auro, gemmis diſtinctâ & adamantibus *caſſide*, ſiquidẽ ſuis non poterat; Legati protunc in Poloniâ *Pallavicini*, poſteà Cardinalis manibus coronavit, inſuper adamantino *enſe* hoc eſt fulmine, Poloni contra Orientis Titanes Iovis, armavit manum. Quantum hoc pietatis! quantum æſtimatæ fortitudinis, profuſiq; ſudoris teſtimonium ac præmium! quantum & quam Paternum exaggerati ſtudij in ornando victore, bella Domini bellante documentum! reputat ſecum hucuſq;

hucusq; orbis, vicina glorioso livore invident Regna, pallet timore Ottomannus, & post fata etiam *Poloni* gladium *Castrioti (a)* reformidat. Neq; fulmineum hunc clausit vaginâ ensem, aut saltem ad tempus posuit, initiatus ad victorias, consecratus tali munere, ad triumphos, Rex bellatorum ivit &c.

(a) Is est vulgò Scanderbeg.

Crediderī tùm quoq; Innocentiū; nescio cuipiā acutissimo Italo scriptori injunxisse, stylo lapidario Elogiū, Romæ erigendo perennaturæ Ioannis memoriæ Colosso inscribendum evulgaret (teste Kwiatkiewicz ad Annum 1683. n. 9) Quod quia brevitate concinnum, veritate insigne, virtuti favorabile; & vix uspiam, (præter *in Commentario Belli ad Viennam*; *Kochowski* & quidem in aliquibus detruncatum reperiatur, hîc inserendum duxi.

p. m. 981.

Ed. Crac 1684 in 4. p. m. 99.

Ioanni III. Poloniarum Regi M. D, L. &c. &c. Electione, dominatione Polonico, Lithvanico, Liberatione Austriaco, Pannonico, Profligatione Ottomanico, Turcico, Thracico, Scythico, Religione Christianissimo, Pietate Catholico, Zelo Apostolico, Inter Duces præstantissimo, bellicosissimo, inter Reges sapientissimo, inter Imperatores Augustissimo, citrà tabulas solo nomine territanti; Cui gloriá militaris Regnū peperit, Clementia stabilivit meritū perennavit; Qui raro pietatis & constantiæ exemplo propria deserens, aliena defendens docuit, quo pacto sacra fœderis jura, ineantur, teneantur, perficiantur. Otthomanicam Lunam, Fulgentissimo Crucis vexillo, funestam Ecclipsim minitantem, adeò fortiter, properé prosperèq; è Christianorum finibus eliminavit,

ut unum idemq; ei fuerit venisse, vidisse, vicisseq; Inter innumeros igitur Christiani Orbis plausus Intervindicatœ Religionis & Imperij lætitiam, Inter cruentatæ Lunæ extrema deliquia, agnoscant præsentes fateantur posteri, non tantum enascenti, Evangelio, quô promulgaretur, sed & adulto, ne profligaretur, utrobiq; a Deo missum fuisse hominem cui nomen erat Ioannes.

Ob materiæ affinitatem; haud supervacaneũ duco; hîc reponere; simile Elogium à Gallo quodam probabiliter Rothomagensi, Ioanni inscriptum; quod nondum Eruditis nostratibus ad notitiã devenerit, nec usquã, in scriptis Polonicis evulgatũ reperiatur. Illud legitur cũ adiunctis, modulato Carmine Drammatico; & Paralello Iulij Cæsaris cum Ioanne *Sobieski*, in Anonymi (Petri Baylij) Novis Reipublicæ Literariæ vulgò *Nouvelles de la Republique des Lettres*, pro mense Martio 1684. præfixo ejusmodi; præfamine.

Extraict d' une Lettre de Rouen,

2.Ed. amst 1686. pag m. 178. et s *Vous ne serez pas faché, de publier un petit ouvrage Latin, qui a eté composé par vn bel Esprit, plus considerable par son scavoir & par son merite, que par vne belle charge, qu' il possede dans la Robe. Vous verrez parla, qu' on a grand tort de dire dans les pais étrangers, que les Francois, qui louent si bien quand ils veulent gardent, un profond silence, a' l' egard du* Roy *de Pologne On luy rend justice, icy, aussi bien qu' ailleurs. Sunt hic etiam sua præ mia Laudi.*

Ioan-

Ioanni Poloniæ Regi, Magno Duci Lithvaniæ &c.

SUos suprà titulos augusto, quem virtus ad Solium evexit, quem pietas è Solio, ad Liberandam Germaniam advexit, quiq; Angeli instar, longinquos tractus permeans, Carpathia Saxa penetrans, Immanẽ Turcarũ tyrãnũ, strages, laté & ruinas Christiano Orbi minitantem durâ & Sennacheribeâ obsidione, caput Imperij prementem, Piorum votis potiùs quàm armis suffultus, plenâ Deo fortunâ fretus, disrupit, disiecit profligavit; Tota igitur Europa, nuper excidio proxima, nunc periculo exempta, debitis & festis plausibus indesinentibus, cujuscunq; ætatis, sexûs, nationis, vocibus, Christo favente, & fide jubente, procumbens acclamat, Inter natos mulierum, non surrexit major *Ioanne*.

Motet Drammatiq́, ou Oratoire.

HISTORIA.

DEUS venerunt gentes in hæreditatem tuam, ut polluerent Templum Sanctum tuum, flagellum appropinquat tabernaculo tuo; fixerunt tentoria in circuitu Viennæ, ecce quasi nubes ascendunt, & quasi tempestas currus eorum, velociores aquilis equi eorum, posuerunt morticina servorũ tuorũ escas volatibus Cœli carnes Sanctorum tuorum bestijs terræ.

Chorus lugentium. Væ! nobis! circumdede-

runt nos dolores mortis, væ nobis! dies iræ, dies tribulationis, vastati sumus, væ nobis! O! vos omnes, qui transitis, attendite, miseremini, succurrite. accurrite.

Bassus. Exsurge Deus & vindica causam tuam, salvos fac sperantes in Te, ne quando dicant gentes, ubi est Deus eorum?

Chorus Angelorum. Fugite impij, cedite, fugite, pavidi, saucij territi, perditi, cadite, crimina mortibus luite, dentibus fremite, tabescite; Arabes, Tartari, fugite, cadite, gladio occũbite, dissipámini.

Altus. Virtus Domini obvallavit Regem, qui redemit Jsràél, qui factus est Columna in templo Dei, in qua scriptum est nomen Majestas Dei Sabbaoth. Quis est iste Rex gloriæ?

Cantus. Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Joannes, hic venit, Benedictus qui venit, hic vicit.

Chorus. Benedictus qui vicit in nomine Domini, hosanna in excelsis, hosanna in terris, hosanna in excelsis.

Paralelle de Iules Cæsar & du ROY.

VEnit, vidit, vicit, quidni? in proximo agebat bellum, in Sequanis meditabatur, viribus potior, veterano milite, legionibus octo formidandus improvidum, imparatum, fæderis fide securum, pace sopitum, Ariovistum oppressit,

ut

ut Rempublicam opprimeret, noxæ ideò dedendus, & Catonis ſententiâ Germanis tradendus, meliori cauſâ, feliciori ſucceſſu, JOANNES Poloniæ Rex, Magnus Lithvaniæ Dux &c. è remotâ Lithvaniâ advolans, diſſitas regiones emenſus, conſciâ virtute fretus, Cæſare promptior, juſtior, fortior, venit, vidit, vicit, immanem Turcarum Tyrannum, nullâ laceſſitum injuriâ, bellum gratis capeſſentem; Aſſyriam, Mediam, Thraciam, Ægyptum, Tartariam, Aſiam, ſub ſignis trahentem, Orbi Chriſtiano, ſtrages, incendia, vaſtationem, vincula minitantem, Alexandri ſui in victorias adoleſcentis manu ſubnixus, Numine plenus, diſrupit, fregit, profligavit, ut Europam liberaret, porrò bellatorem, Juli optime, oblatum à Tribuno plebis diadema recuſaſti; factum benè: Joannem Bellatorem Máximum, triplici diademate; Sarmatico adepto, Hungarico vindicato, Romano protecto, acclamatum in Orbe Chriſtiano, millies, millies, millies.

Joanni Regi, tot ac tantis in exteris cumulato præconijs; ſuus quoq; domeſticus non defuit Elogiaſtes. Nam; *poſtquam, utrasq; Maieſtates feliciter reduces excepiſſet Cracovia, Die 23. Decembris, in porta Caſtrenſi, ANDREAS ZAŁVSKI tum Epiſcopus Kijovienſis, demum Varmien: & Supr. Reg. Cancellarius, Avunculo OLSZOVIO Regni olim Primati, ſolo titulo minor, facundia par,* (ſunt verba Veſpaſiani Kochowſki in Commentario belli Viennen:) *Subeuntem* Ed. Cracov. 1684. in 4. p. m. 90.

tem Basilicam Regem, disertissimé salutavit, tot trophæa ac Lauros, ad usq; sollicitudinem Patriæ partos, eidem gratulatus. Nescio quo casu, ejusdem Epistola, elegantem, collationis supra memoratorum: Pontificorum munerum; ab Apostolico Nuntio *Pallavicinio* dein Cardinale; *Zołkviæ*, 25. Julij factæ; continens descriptionem, in magni operis sui; *Epistolarum Historico-Familiarium*, partis 2dæ, tomi 1. pag: 882, sit prætermissa; Eam Dædaleo labore perquisitam; tandem repertam in Manuscripto Stan: Swięcicki, Episcopi Chelmen: (*Gesta* 1672, *& subsequentium Annorum continente.*) prout sonat vulgari Idiomate, adjecta, è regione Latina translatione, Lectori quod alibi in cassum inquireret, hìc communico.

p. mihi 310. & 311.

Epistola ad Ilustrissimũ & Rev: D. Episc. Chelmen: ab Illust. Rev. Episc. Kijovien: (Andrea Załuski) scripta Zołkviæ 28. Julij 1684.

List do I. W. IMći X. Biskupa Chełmskiego, od I.W. IMći X. Biskupa Kiiowskiego, (Iędrzeia Załuskiego) de data w Zołkwi 28. *Iulij* 1684.

Festa dies, Divo Iacobo Sacra, tota in benedictionibus, hic nobis effluxit, circa numerosiorem in Parochiali Ecclesia Senatûs populiq; frequentiam, 20 *nempe Senatoris*

DZień S. Jakoba, cały *in benedictionibus* strawiony w Kośćiele Farnym przy wielkim ludźi konkursie y Senatu frequenciey, bo bliska liczba, 20 JchMćiow

res, quatuor tyaratos Præsules Pontificalibus vestitos præter Illustrissimũ Nuntium vidit Ecclesiâ illâ die; quam fecit Sãctissimus congregatos in unum; Valida Ordinis Equestris Regio adstantis throno caterva, Cæsarei, (a) ac Veneti, (b) ut cæteros prætercam, Legatorum præsentia, & turmatim, collecta, quaqua versum populi turba, debitam portendebant magnificentiam, cum Serenissimis Majestatibus, amoris Pontificij tesseræ, insignia à Sede Apostolica tramandata, Ensis, Galea ac Rosa *ab Illustrissimo Nuntio traderentur, postquam absoluto ritu solenni Summo Sacro, sermone haud ineleganti, verbis ad rei exigentiam energicè compositis, & Latino Idiomate exaratis, haud intermoriturae famæ, bene gesta exprimentibus; Regem, Re-*

PP. Senatorow przenosiła, Biskupow samych *Pontificaliter* ubranych, czterech, Piątego JMći X. Nunciusza, razẽ widział Kościoł; gęsta Rycerstwa koło Tronu assystencya Posłow, Cesarskiego (a) y Weneckiego (b) procz inszych Cudzoziemskich bytność, y zebrana pospol-stwa wielkość, pokazowała należytą magnificencyą, w ktorey *in gloria Maiestates*, odebrały Insignia od Stolice Apostolskiey MIECZ, CZAPKE, y ROZĄ, ktore J. X. Nuncyusz, po odprawioney Mszy Solenney, poprzedzaiąc mową dosyć dobrą, do oboyga Maiestatow Łacinskim ięzykiem, y wyrażáiąc, wszytkie godne nieśmiertelności akcye, z wielką energią oddawał, przy Ołtarzu do rąk, y partykularnie, kładł Błogosławieństwo, na głowy Krolewskie

(a) Comes de Valstein (b) Angel⁹ Maurocenus, seu Morosini.

ginamq; cohonestâsset. Vovebat torrentem benedictionum de sursum, novos triumphorum ad Castra properanti Regi precabatur recursus. Vidisses! prævijs Summis Exercituum Regni Campiductoribus, ac cæteris Senatoribus, veteranos, qui ibant in prælium Domini ante faciem ejus, præcurrere milites, suam quisq; benedictionum portionem accepturus. Solennis hic actus, in tertiam usq; postmeridianam horam producebatur, in Ecclesia; hinc extemplò sub tentoria Veziriana itum, quæ duplicem in gyrum composita, Civitatis cujusdam carbasinæ sat amplæ, Idæam exhibebant. Adjuge Convivium & regias dapes, Illustr: Nuntius, Legati exteri, Senatores Regni, ac Illustres Matronæ invitatæ, in seram usq; noctem cubavêre mensis Regiâ magnificentia instructis. Quidquid solen-

winszuiąc y obiecuiąc, nowy tryumfow rekurs. idącemu Panu na Kampanią, ubiegali się po obudwuch Hetmanach y Senatorach wszyscy Zołnierze *qui ibant in prælium Domini ante faciem ejus*, y brali porcye *benedictionis*. Akt ten *in Sacris*, ledwie nie do trzeciey zpołudnia zabawił. Prosto potym pod Wezyrskie niegdy namioty, z ktorych we dwuch cyrkułach miasto iedno płocienne, dosyć obszerne reprezentowaćby się mogło, proszony Jegomość Xiądz Nunciusz, Posłowie, Senatorowie, y Damy zwyczayną ludzkością, y Krolewską magnificencyą traktowani, *cubavêre mensis* kilka godźin wnoc. Cokolwiek ochoty, wesołych godźin, y podobne akty

nita-

nitatis, similes actus præ-seferre solent, omne id, cum admiratione extraneorum, hic singuli, ex benevolentia Regis possidebant. De cætero &c.

solennitatis, mieć mogą, wszytko to zadmiracią Cudzoziemcow, y dobrocią Krola Jegomośći, *singuli possidebant:* Co wyraziwszy &c.

HÆc sunt exempla; in oris nostris, circa collationem Ensis & Pilei Benedictorum; è monumentis, nostratum maximam partem, historicorum, & manuscriptis rarioribus eruta, reliquum est, ut antequam ad nuperrimum, Serenissimi Principis Regij *Poloniæ* & Electoralis Saxoniæ accedamus; adhuc quædam, nostræ quasi memoriæ; in medium proferamus. Et quidem; ut cætera studio prætermittamus, p. m. Sanctissimus Papa Innocentius XIII. in juvenili ætate, existens nomine Alexandri VIII. Anno 1690. *Pileum & Scipionem bellicum*, (prout memorat; Ill: J. F. Comes Sapicha Castellanus Trocensis, in sua Dedicatoria *Monumentorum Antiquitatum Marianarum*) Venetiarũ Duci Morosinio attulit: Anno demum 1716. Clemens XI: solo & unico quod sciam; Pontificatûs sui exemplo: Ensem & Pileum cœlestibus benedictionibus largè ditatos misit per Horatium *Rasponum* Equitem Hierosolymitanum Principi Eugenio à Sabaudia Generalissimo Cæsareorum Exercituum; exstant impressæ (Romæ typis Joannis Mariæ Salvioni in Archigymnasio Sapientiæ) Litteræ, ea de re; Clementis XI, cũ responsorijs Eugenij Principis quæ exẽplaria cũ his in Regionibus, reperiãtur rarissimè curioso

Vars. 1722. p.m. 100.

L lectori

lectori, híc re impressas exhibendo, gratum fore minimè dubito.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

D. CLEMENTIS PAPÆ XI.

Literæ Apostolicæ in forma Brevis Ad Serenissimum Principem EUGENIUM à SABAUDIA, Datæ die 7. Septembris 1716

DILECTO FILIO NOBILI VIRO PRINCIPI
EUGENIO á SABAUDIA
CLEMENS PAPA XI.

Dilecte Fili, Nobilis Vir, salutem & Apostolicam Benedictionem. Firmam, constantemq; fiduciam, tametsi maximam, quam inperfecta tua virtute, ac fortitudine reposuerat Christiana Respublica, adeò excedit insignis, omneq; in ævum memoranda à Nobilitate tua de Turcis nuperrimè relata Victoria, ut universi Christi fideles certatim effusas Tibi laudes, ubiq; tribuant. Et quidem innumeras Barbarorum copias, ea felicitate, ac celeritate ferè ad inernecionem profligasti, ut celebris illius Romanorum Ducis, qui venit, vidit, vicitq;, gloriam æquasse videaris. Triumphas itaq;, & sanè meritò, non tam in excidio hostium, quàm inamoribus gentium, & benedictionibus populorum; qui Te barbaricæ perfidiæ, ac super-
[illegible] biæ

biæ Domitorem; publicæ incolumitatis Vindicem, Orthodoxæq; Religionis Assertorem fortissimum prædicantes, tuum Nomen, antea quidem illustre, ac longè, latèq; gloriosum, ad astra ferunt. Addimus & nos fidelium plausibus suffragium nostrum, præclarumq; servatæ à gravissimo discrimine Christianæ Rei beneficium eximiæ virtuti, & sapientiæ tuæ acceptum referentes, amplissimam, quæ inde facta Tibi est, immortalis honoris, ac meriti accessionem Tibi prorsus ex animo gratulamur. Cùm autem derivata ex Te in eandem rem Christianam ingentia commoda, quæ nos in primis afficiunt, peculiare aliquod gratæ voluntatis testimoniũ à Nobis planè reposcant, mittimus Nobilitati tuæ per dilectum Filium Horatium Rasponum Equitem Hyerosolymitanum, Familiarem nostrum, Nobisq; tum generis, tum animi præstantia summoperè acceptum, Ensem, & pileum Cœlestibus Benedictionibus largè ditatos, quibus Prædecessores nostri Romani Pontifices strenuos, ac illustres Christianæ Reipublicæ, sanctæquè Fidei Propugnatores interdum decorare consveverunt, ut ejusmodi sacri Muneris inflammatus mysterijs, Gladio quidẽ circa femur tuum potentissimè accingaris, Pileo verò veluti Galeâ salutis ad infensissimorũ hostiũ superbiã in dies magís, magisq; confirmandã, induaris. Volumus autẽ, ut idem Sacrum munus per aliquem in Ecclesiastica Dignitate constitutum, ac, si fieri poterit, Episcopali charactere insignitum Virum, peracto Sacrosancto Missæ Sacrificio, ritè, ac juxta consvetum

L2 morem

morem Tibi tradátur. Nos interea Dominum Exercituum assiduis, enixisq; precibus obsecrare nōn omittemus, ut partam victoriam novis usq; triumphis cumulare, fugatiquè Exercitus reliquiis omnino deletis, meditatam hostilium Arcium expugnationem Tibi ex voto fluere benignè velit; Ac Nobilitati tuæ faustorum eventum auspicem Apostolicam Benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatotis, die VII. Septembris 1716. Pontificatus Nostri XVI.

J. C. Battellus.

Ejusdem SERENISSIMI PRINCIPIS EVGENII à SABAVDIA *RESPONSVM.*

BEATISSIME PATER.

„POst Dei Optimi Maximi Clementiam piis *Beatitudinis Vestræ* excitatam orationibus, qua „nuper Arma Cæsarea contra infensissimum „Christiani nominis hostem ad Petrovvaradi„num ttiumphare contigit, nihil mihi majus, „optatiusve accidere potuit, quàm gratiosissimæ „SANCTITATIS VESTRÆ congratulationes, imme„ritaq; per Horatium Rasponum Equitem Hie„rosolymitanum omni ex parte clarum, acceptum-

„ptumq;, transmissi Ensis, & Pilei condeco„ratio, quæ dum eâ, quâ fieri potuit, solemni„tate peracta me nõ modo Divini favoris, admo„nebit, verũ etiam ad maiores justæ Dei, Cæsaris „& Christianæ causæ excitabit conatus, quos dum „sub tanto Pontificatu felices spero, Divinam „quoq; opem in subsidium invoco, velit me ac„ceptæ gratiæ dignum reddere, & *Beatitudinem* „*Vestram* pro ampliori gloriâ suâ, Sanctæq; cau„sæ suæ, & Cæsaris promotione, diu salvam, „incolumemque servare, cujus Sanctissimos Pe„des dum omni cum reverentia exosculor, re„spectuosissima cum submissione maneo. Vien„næ die XVI. Novembris 1716.

Beatitudinis Vestræ

Humillimus, & Obedientissimus Servus & Filius,
Eugenius à Sabaudia.

PEnultimum dictæ Cæremoniæ exemplum, est anni præteriti, quo BENEDICTUS Papa XIII modernus Ecclesiæ Orthodoxæ moderator; Pontificia hæc munera, Antonio Emmanueli de Vilhena Magno Magistro Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani, vulgò Ordinis Melitensis; Româ transmisit: Hujus Cæremoniæ distinctam Relationem, ex Italico manuscripto latine redditam; jam habes.

Relá-

RELATIO.

ANno 1725. 3. Mensis Maij, die Inventioni Sanctissimæ Crucis Sacrâ, & huic Cæremoniæ præfixa, die inquàm, ratione Mysterij S. Crucis, quod tum ab Ecclesia militante recolitur: professioni ordinis hujus sub hoc labaro, contra inimicos Crucis Christi, bella Domini bellantis; mirùm in modum, accomodata; D. Ablegatus, ex sua habitatione, numerosiore famulitij sui agmine (inter quos medius Ignatius de Bonis: Gladium superposito Pileo manu præferens, videbatur) stipatus, procedens, inter tubarum occentus, & tympanorum sonitus; ad Palatium Magistrale descendebat; ubi ad caput scalarum; Cæremoniali; cappæ & capucij rubri superindutus habitu; obvium sibi habuit Em. Magnum Magistrũ: à quo benignè salutatus; ad Ecclesiam Conventualem S. Joannis, ipsum concomitatus est; sequenti ordine. Primas sibi vendicabat: simphoniacꝰ tubicinũ & variorũ musicorũ cõcentꝰ sequebatur honorificus, Equitum, splendidissimo cultu vestitorum: (vulgo à gala) comitatus; longo satellitum agmine septus, incedebat: præmemoratus de Bonis; dicta insignia, in altum prominentia manu sustinens. Immediatè subsequebatur Em. M. Magister: vestitus ornatu: qui audit; *di punta*; D. Ablegatum habens à manu sinistra; latera cingebant, omnes & singuli Magnæ Crucis Equites: (quorum numerus cum cæteris Equitibus, ac novitijs, quadringentesimus ferè supputabatur) ferè simili cum M.

Magi-

Magiſtro, ſuperinduti habitu: Hic eſt, ampla quædam Zimarra; pullata à cujus ſiniſtra capulâ pendet, quædam ſtola, funiculo ad manubrium, gladij adſtricta; Ea, phrygia arte: acu depicta Sacratiſſimæ I.C.D.N. Paſſionis exhibet myſteria. Agmen claudebat: dicta haſtatorum claſſis. Interim; tormenta quævis bellica ſpargebantur cunctæ, Civitatis campanæ, feſtivum edebant, ſonum: Tali modo ventum eſt ad Eccleſiam San-Joanneam; pretioſis tapetibus pompaticè adornatam, ad quam S. P. BENEDICTUS XIII. (non obſtante generali ſub tempus Magni Jubilæi; Indulgentiarum ſuſpenſione) plenariam, collationi dicti Enſis & Pilei benedictorum, intereſſentibus contulit Indulgentiam; dummodo ritè confeſſi fuerint, & pro extirpatione communis hoſtis ad Deum preces fuderint; Solennis: cum pretioſa vivifici Ligni Sanctiſſimæ Crucis Reliquia, proceſſio per plateas Urbis; periſtiomatibus: alijsq; ad ornamentis, tum & arcubus triumphalibus, ac inſcriptionibus, variegatas; Clero Regulari, ac ſæculari: necnon Equitibus Ordinis, cum facibus accenſis præcedentibus: præceſſit ſummam Miſſam cantatam; Pontificaliter Celebrante: dictæ Eccleſiæ Priore; at Em. M. Magiſtro: eam, ſub ſua umbella audiente; ſub tempus Evangelij: cuncti Equites, evaginatis gladijs, bini & bini; ad altare proceſſerunt, ubi venerato Ligno Sanctiſſimæ Crucis; oblationem ſolitam præſtiterunt. Subſecutus

tus Em. M. Magister 10. Zecchinos ut vocant: obtulit, jam verò D. Ablegatus; aureum Numisma, patruelis sui; S. P. quondam Clementis XI. in quo, ab una parte: Porta Sancta; ab altera, effigies ipsius: cælatæ erant Toto hoc, Missæ tempore ad cornu Epistolæ, præmemoratus *de Bonis* Gladium superposita galea: omnibus conspicuum, præ manibus tenebat.
Post finitū SS Missæ sacrificiū; celebrans accepto Pluviali, mitrâ & baculo pastorali, in suo faldistorio; ad medium Altaris sessum ivit. Ad cujus sinistram; collocatus, à Magistro Cæremoniarum D. Ablegatus; post profundam inclinationem, brevem quidem sed concinnam ad Em M. Magistrum fecit allocutionem; Italico idiomate, fere similibus verbis.

,, *Natalium splendor, gloriosæ molitiones, heroica gesta, quæ Te bené, de tota hac Nobilissimâ Religione meritum effecêre; Insignis fortitudo; summa Liberalitas, & cætera animi generosi attributa, quæ Te, ad hunc promoverunt gradum, (in quo tanto Ecclesiæ emolumento, ac populorum applausu videris prominere) illa, Conductoris (a) Populi Israelitici, ad Te referri debere exposcunt verba; (* Ego & Fratres mei & domus Patris mei, expugnavimus hostes Israel ab adolescentiâ, usq; in hunc diē *At modò hoc spiritus gladio armatus, hac salutis galeâ coopertus, dubiò procul; animosióre præliabere Corde Accrescet indé; in Tuis commilitonibus, novus; contra inimicos Ecclesiæ Catholicæ belligerandi ardor; Et cur non? fidelis id firmiter sperare*

(a) Simonis. 1. mach. 16. v. 2.

ſperare debeat populus? ſi reſpiciat; Iudam Machabæum, tum maximè; puſillanimes, Sociorum ſuorum, revivificaſſe ſpiritus, inflammatis eorum cordibus ad opponendum ſe cum intrepiditate hoſtilibus armis cum illis, gladium quendam, manifeſtum cæleſtis auxilij ſymbolum, ac futuræ pignus victoriæ, ſe conſpexiſſe retuliſſet, Ajebat ille, vidiſſe ſe per ſomnium Oniam qui fuerat ſummus Sacerdos, virum bonnm & benignum, verecundum viſu, modeſtum moribus, & eloquio decorum, & qui à puero in virtutbus exercitatus ſit, manus protendentem; Poſt hoc apparuiſſe Ieremiam Prophetam Dei, extendiſſe autem Ieremiam dexteram, & dediſſe ipſi *gladium aureum* dicentem: Accipe *Sanctum, munus à Deo,* in quo deijcies adverſarios populi mei Iſrael.*)* 2 Mach. 15. v. 12.

His verbis Iudas, in tantum vacillantes Sociorum ſuorum animavit ſpiritus ut, parvo etiamſi fuerint numero, non tantum, in prælium cum numeroſiſſimo decertaturi exercitu, deſcenderint, quinimò, Cæli nutu hoſtiū primipilo Nicanore, interfecto ſanguineam ſuarum copiarum fecerint ſtragem; Quodſi ille. tantum obtinuit, ſimplici ſomni ſui narratione, quid non? (Princeps Eme) efficies, cum, iſtis Nobiliſſimis Religioſiſſimisq; Commilitonibus inſignem hunc propalabis mucronem: ab altero ſummo Pontifice, Heroida Altiſſimi manibus Tuis, ad delendos, & conculcandos nominis Chriſtiani hoſtes, conſignatum. Gladius, hic per univerſalem Paſtorem Supremū Chriſti Vicarium, ritu ſolenni conſecratus, ab ipſo dumtaxat Deo Exercituum Domino, tibi ſubmini-

M *ſtra-*

ftratur, etsi per meum offertur ministerium. Eum cũ Gedeon alter, manu arripueris, pro indubitato ab omnib9 plurimarũ de Barbaris Gentibus victoriarũ, habebitur arrhabone & tum primum tripudiantium, & cum jubilo vociferantium populorum; unanimes obaudientur acclamationes. Gladius Domini & Gedeonis .&c.&c. D. Ablegat9, his dictis ad Thronum Emi M. Magistri procedens, Pontificium Breve, in manus ipsius tradidit, qui' illud; reverenter exosculatus, D. Priori Aquitanensi Sacellano Conventuali, ac Linguæ Gallicæ Secretario; alta voce legendum porrexit. Quod sequentis fuit tenoris.

Dilecto Filio Antonio Emmanueli de Vilhena, Hospitalis S. Ioannis Hierosolymitani, Magno Magistro. Benedictus Papa XIII.

DIlecte Fili, salutem & Apostolicam Benedictionem. Amplissima Tua, inclytiq; ordinis, erga rem Christianam merita, navatanq; Sacrosanctæ Religioni, strenue ac fortiter operam, non solum insigni Pontificiæ laudis præconio, testari & efferre debemus, sed obsecrationum etiam suffragio, apud Dominum Exercitum prosequi, ut militiam istam *Christiani nominis propugnaculum*, novâ semper, induat virtute ex alto, novisq; in dies, de Turcarum immanitate victorijs illustret, ut autem nostri huius officij, utramq; simul partem pro viribus expleamus, ad Te Dilecte Fili, qui tanta

cum

cum ſapientiæ & vigilantiæ laude, præclariſſimum Ordinem adminiſtras, atq; ad amplificandam Chriſti gloriam, acuis & accendis *enſe & pileum* mittimus, quibus Solenni ritu, inter Natalitia Redemptoris Noſtri ſacra, more Majorum benediximus, & quos Anteceſſores Noſtri Romani Pontifices, ad Magnos Principes & Chriſtianæ Reipublicæ inſignes pugiles deſtinare conſueverunt; In his igitur, non modò Pontificiæ commendationis monumentum, & Apoſtolicæ benevolentiæ teſtimonium accipies, ſed cæleſtis etiam Præſidis pignus quo Divinam opem, ſacris myſterijs repræſentatam Tibi ac militibus Tuis valeas polliceri; Perge proinde Dilecte Fili, gladio ſpiritus & galeâ ſalutis indutus, barbaros ſuperſtitionis filios, toties armis iſtis domitos, ſed in feritate ſuâ adhuc temeré gloriantes, debellare; ut agnoſcant omnes, & prædicent Hieroſolymitanos milites, non excelſis modò animis & viribus inſtructos, ſed cæleſtibus etiam ſubſidijs fretos ac ſacerdotalibus precibus confirmatos, prælia Domini tantâ cum gloriâ præliari. Cæterum etſi ſacra munera, votis noſtris, tuoq; inſtituto accomodata, pro Tuâ ergà Nos, & hanc Sanctam Sedem obſervantia, Tibi gratiſſima fore pro certo habemus, illudpræterea ad animi Tui jucunditatem, acceſſurum eſſe, non dubitamus quòd ea ad Te perferenda tradidimus; Dilecto Filiolo: Franciſco de Abbatibus Oliverio, ab honore noſtri Cubiculi, & iſtius *præclariſ-*

 ſimi,

ſimi. Ordinis militi, qui' a ſapientiſſimo Patruo Dilecto filio S. R.E. Cardinale' Fabio, ad virtutes doctrinasq; egregié inſtitutus, quam Nobis ac bonis omnibus commovit expectationem, ingenio, pietate, ac ſtudÿs laudabiliter ſuſtinet, in quo proinde repræſentatas optimi Cardinalis eximias dotes intueberis & complecteris; Qua verò benevolentiâ & humanitate eundem exceperis, animum Tibi noſtrum amplius obſtringes, cum illum & generis & morum præſtantiâ nobis commendatiſſimum, Tibi quoq; majorem in modum & pro merito commendatum eſſe vehementer optemus. Volumus autem ut ſacrum munus, à moderno Priore iſtius Eccléſiæ Conventualis S. Ioh: Hieroſólymitani péracta re divinâ pro more Tibi tradatur. Dum autem fore confidimus, ut Dominus fortis & potens, ità ſupplicationibus noſtris atq; iſtius ordinis alacritati' obſecundet, ut nova Pontificiæ commendationis ornamenta mereatur, Tibi Dilecte Fili, & univerſo Conventui, Apoſtolicam Benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo piſcatoris die 27. Febr. 1715. Pontificatus noſtri Anno primo. (Carolus Archiēpus Emiſſenus)

Emus, M. Magiſter plurimas hic ſuæ Sanctitati peragebat gratiarum actiones; habito in hunc feré ſenſum; brevi; ſed concinno ſermone; Italico idiomate.

Singularis diſtinctio, quâ Sanctiſſimus. D.N. enſē & galerum Benedictos tranſmittendo' me, hancq religioſam militiam, cohoneſtare dignatus eſt, uti Pontificiæ ſuæ pietati & Inſtituto noſtro proportionata, non tantū

tantum, multiplici nos reddit obſequio obſtrictos, verum etiam, ad ſpargendum pro defenſione S. Fidei & Chriſtianæ Reipublicæ ſanguinem, magis accenſos. Proinde humillimis ſuæ Sanctitati; eâ de cauſa ex porrectis gratijs ſuperaddo gratias, pro commiſſa in perſonam (tit) Tui (qui identidem condigne religioſæ hujus militiæ adſcriptus es albo) ſacræ huius incumbentiæ provinciâ; Quem ſummopere obſecratum velim, ſanctiſſimis ſuæ Beatitudinis pedibus, circà profundiſſimam mei venerationem, hos obſequij filialis provolvat ſenſus.

His expletis D. Ablegatus ad Thronum procedens Emum M. Magiſtrum ad medium Altaris concomitatus eſt, qui in hexamitonæo pulvino in genua provolutus, evaginatum ab Ablegato gladium, & recitata ſolitarum precationum Româ tranſlatarum, formulâ, à Celebrante ſibi porrectum, ſumpſit *gladium*, ſimiliter & *pileus*, prolatâ ab eodem altera Oratione, capiti ſuo impoſitus eſt, Quæ deindé inſignia, D. *Pangenilio* Excubiarum Præfecto ſurſum præferenda; conſignata ſunt, D. Prior Celebrans; præbito expoſt Emo M. Magiſtro oſculo pacis, alta, *Te Deum laudamus* in tonavit voce; quo hymno concentibus muſicis decantato (pulſantibus interim campanis, ejaculatiſq; tormentis bellicis) ſolenni Pontificali benedictone huic Cæremoniæ finis impoſitus eſt. Eodē, quo venerant; Emus M. Magiſter & D. Ablegatus reverſi ſunt ad Magiſtrale Palatium ordine, hac ferè diſcrepantia, ut *enſis & pileus* benedictus,

 non

non jam à D. Ablegati familiari, verum à dicto Excubiarum Præfecto portaretur. Reversus ad suum conclave Emus M. Magister, singulos Equites ad osculum manûs admisit, deinde lautissimum paravit Convivium; Sub quod ad caput triclinij; sub Baldachino sedens; ad admissos convivas D. Ablegatum; D. Priorem; cæterosq; Magnæ Crucis Equites, in salutem Sanctissimi stando propinavit; quod & cæteri fecerunt; Per tres dies, tota Vrbs illuminata conspiciebatur; Pontificia munera pulvino superposita per totum id temporis spatium, in Magistrali Conclavi, spectatoribus visenda, sub umbella; collocata sunt.

I. *Inscriptio supra principalem Basilicæ S. Ioannis Melitensis portam collocata.*

D.O.M.

Audivit Bizantium Hierosolymitani Ordinis nomen, & timuit,
Audivit Roma & coronavit.
Ut unius timorem augeret.
Ensem manui adjunxit Benedictus XIII.P. M.
Ut alterius decus augeret.
Novum Capiti addidit fulgorem.
Militantis Ecclesiæ trophæa.
Videat nunc elusa Infidelitas.
Et tandem sentiat se vinci;
Aut Christi fidem adoret humilis
Novo serto coronatam.

Aut

Aut Christi fidem expavescat invita
Novo gladio, armatam.

II. *Inscriptio, suprâ portam Palatij Magistralis.*
Antonium Emmanuelem de Vilhena.
Quē venerantur, Melitensis Insula Principem
Ordo Hierosolymitanum.
Roma Heroem
Cujs amor Italiam implet
Nomen Orbem æquat
Animus superat
Quem, ad magna genuit Natura
Ad fortia elegit Fides.
Ad gloriosa evexit virtus
Benedictus XIII. P. M.
Sacro *pileo* sacro *ense*, militari honore
Ad fortitudinis præmium.
Ad Infidelium terrorem
Ad Crucis trophæum
Honestavit,
Abi viator?
Romanis plausibus adde Tuos.

III. *Insc ptio, ad primam portam lateralem dictæ Ecclesiæ.*
Sancta Crucis inventionis die
Oportet exaltari filium hominis
Pro salute humani generis
Canit Ecclesia!
Sub eiusdem Vexillo.

Incly-

Inclyti Ducem ordinis
Mucro Domini decet
Pro Christiani tutela nominis
Summus Pontifex pijssimus, providus
Fortitudinis munera suppeditat
Miles offert
Bizantium time, Latium confide
Melita gaude, Orbis plaude.
Fortis armatus, galea indutus atria Domini custodiet.

IV. *Inscriptio ad alteram collateralem portam.*

Omni læta, lætitia, Melita
Festum feriare diem
Quo Crux adoranda detecta
Et Emmanueli Gladius sacerdatus
Ut qui sola gloriatur Cruce.
Gentem dissipet Cruci adversam,
quæ sola gloriatur feritate
Perfide, vafer & bilinguis, iam obmutesce.
Cede, submitte fasces
Vel ultima expertus quid vales?
In caput Augustum, quod tegit galea.
Tua namq; monstra gladium non aufugient.
Ipsis è penetralibus deprompta,
Faustum omen.
Sacer portendit miles
Qui ad nos tanta defert munera.
Hæc populo facit otia,
Barbaris, apparat excidia.
Ut tibi o! felix Insula.
Frequenti tuta Lauro, pacifica germinetur Oliva.

Rela-

Relatio

COLLATIONIS; ENSIS & PILEI,
à BENEDICTO. XIII.
Benedictorum. *Serenissimo*
FRIDERICO AVGVSTO
Regio Poloniæ, ac Electorali Saxoniæ Principi
Varsaviæ A. 1726. XI. *AVGVSTI.*

SS P. BENEDICTUS, XIII. secundum Malachianum Symbolum *miles in bello*, militaribus, uolens Serenissimum Poloniæ Principem insignire muneribus, ob motiva (in suâ in formâ Brevis epistolâ) expressa, ipsa Nativitatis Dominicæ die Anni præteriti, quâ & ab ipso, Magni Iubilæi occludebatur *Porta sancta* benedictos ritu sacro, *ensem & pileum*, per P. R, Stanislaum Miaskowski Can: Gnesnen: suum concesso ad hunc actum; ab honore Cubiculi, titulo, Ablegatū Româ transmisit, Ensis ille machæræ formam, in longum protensæ exhibet; cujus *capulus*, vermiculati operis, eminus gentilitia suæ Sanctitatis arma, quaquaversum SS Petri & Pauli effigies visendas præbet; *Lamina* nitida ab utrinq; hæc inscripta, habet BENEDICTUS XIII. P. M. Anno Jubilæi MDCCXXV. *vagina* hexamitone purpurei coloris obducta, itidem vermiculato opere, insignem exhibet

N cæla:

cælaturam! Appensa est & *Zona*; acu per totum picta in utrâq; extremitate eadem S. S. insignia repræsentans, cũ prægrandi orbiculo fibulà instructo. Iam verò *pileus* quandam galeæ speciem exhibens itidem heteromallo ejusdem coloris coopertus est, intrinsecus verò pellibus muris pontici assutus quarum extremitates circum circà prominent, tum & duo manipuli persimiles ijs, quales infulis sacris innectuntur, itidem, insignia S. S. acupicta exhibentes, In cujus summitate, poné & antrorsum, tres bullæ unionibus pretiosis contectæ apparent in lævâ quoq; parte Imago Spiritûs Sancti in specie columbæ unionibus effigiata cernitur, Hæc autem dona hæc munera à S. P. Benedicto benedicta sunt; in casula obrizâ à Serenissimâ *Mariâ Iosephâ* Principissa Regiâ Poloniæ acupictà, sibi transmissa & oblatâ sacris operato prout meminit S. P. in sua adeam Epistolâ.) Adjunxit S. P. his muneribus; præter Breve ad Serenissimum Principem Regium & alias quinq; Epistolas, (1) ad Suam Regiam Majestatem D. N. C. (2) ad Serenissimam Archiducissam Austriæ; Regiam Poloniæ Principissam, (3) ad Celsissimum Regni Primatem, (4) ad Ill. Exc. Regni Mareschallum. (5) ad Ill. Exc. Regni Cancellarium; directas; quæ quidem sunt hujus tenoris,

I. Cari:

I.

Cariſſimo in Chriſto Filio Noſtro AVGVSTO Poloniæ Regi Illuſtri.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Cariſſime in Xſto Fili Noſter Salutem.

SAcra Munera *Enſis* & *Galeæ* pro veteri Prædeceſſorum Noſtrorum ritu Apoſtolicis precibus & benedictionibus aucta, quæ ad Viros Principes de Regno Chriſti egregiè meritos, hæc Sancta Sedes deſtinare conſvevit, ad Dilectiſſimum in Chriſto Filium Noſtrum, FRIDERICUM AUGUSTUM Primogenitum Tuum Regium Poloniæ & Electoralem Saxoniæ Principem dono mittimus, ut tam Tua & Illius in rem Catholicam promerita, quàm totius Polonicæ Nationis, pro avita Religione conſtantiam præc arius recenti exemplo teſtatam novo Pontificiæ laudationis argumento proſequamur. Etſi enim rerum fortiter geſtarum adverſus intentatas nuper heterodoxæ poteſtatis minas digna præmia ab Omnipotenti DEO tributum iri non dubitamus, publicis tamen totius Eccleſiæ laudibus debitum Apoſtolicæ remunerationis ſuffragium deeſſe noluimus. Quod igitur conceptis votis

N2 inter

inter solennes cæremonias à Rege Regum precati sumus, iteratis obsecrationibus tam Majestati Tuæ, quàm Regio Principi, inclytæq; Nationi supplices adprecamur; ut quemadmodum à proposito tuendæ Religionis nullis periculis dimoveri potuistis, ita per arma virtutis DEI, quæ mysticis hisce muneribus designantur, ad conterendos Divini Nominis hostes; & Christi gloriam amplificandam ala rius incumbatis. Dum hæc igitur futura confidimus cœlestis præsidij pignora, atq; ad Divinam opem Domui Regnoq; Tuo amplius conciliandam opportuna subsidia Majestati Tuæ Apostolicā Benedictionem amantissimè impertimur, Datum Romæ &c. die 13. Aprilis Anno 1726. &c.

II.

Dilectissimæ in Christo Filiæ Nostræ Mariæ Iosephæ Archiducissæ Austriæ, Ducissæ Saxoniæ & Principissæ Regiæ Poloniæ.

BENEDICTVS PAPA XIII.

Dilectissima in Xsto Filia Nostra salutē &c.

UT Clarissima Regij Principis Conjugis Tui totiusq; Polonæ gentis in Catholicam Religionem merita peculiari Apostolicæ laudis testimonio

ſtimonio proſequamur, ad eundem dilectiſſimũ in Chriſto Filium Noſtrum dono mittimus, *Enſem & Galeam* ſolenni ritu pro Noſtrorum Anteceſſorum more inter Natalitia Domini Sacra Apoſtolicis benedictionibus aucta. Quod quidem Paterni amoris argumentum eò libentius edendum- eoq; Tibi gratiùs futurum cenſemus, quod in ea cæremoniarum celebritate illis ſacerdotalibus veſtibus induti ad Aram operati ſumus, quæ Tuo munere, Tuaq; pietate & humanitate digniſſimo acceperamus. Et Tuis igitur votis & miniſterij noſtri Officijs ac precibus DEUM Omnipotentem obſecundaturum eſſe confidimus; ut per *Gladidium Spiritus & Galeam ſalutis* idem Regius Princeps & inclyta Polonorum Natio illuſtres triumphos de hoſtibus Chriſti deportent, & parta à Maioribus decora novis fortitudinis & Religionis exemplis adaugeant. Quam autem ſtudioſiſſimi animi voluntatem hoc Pontificiæ remunerationis conſilio Te perſpecturam eſſe non dubitamus, amplius confirmamus Apoſtolicæ Benedictionis pignore, quam Tibi, Dilectiſſima in Chriſto Filia Noſtra, intimo ſenſu Paternæ charitatis impertimur. Datum Romæ &c.

Die 13. Aprilis 1726. &c.



III.

III.

Venerabili Fratri Archiepiſcopo Gneſnenſi

BENEDICTVS PAPA XIII.

Venerabilis Frater Salutem &c.

CUm laudes Polonicæ Religionis ad Te cumprimis pro tui Ordinis dignitate & Paſtorali miniſterio pertineant, nemini gratiora, quam Fraternitati Tuæ fore putamus noſtræ commendationis teſtimonia, quibus Polonorum conſtantiam, quam ſemper quidem egregiè, nuper autem potiſſimum in tuenda Catholici nominis Diviniq; honoris cauſa præſtiterunt, ornare decrevimus. Auſpicata igitur munera *Enſis & Galeæ* quibus more Majorum inter natalit a Redemptoris Sacra benediximus, ad Regium Poloniæ Principem dono mittimus, Dominum obſecrantes, ut per arma Juſtitiæ virtutis ſuæ eidem Dilectiſſimo in Chriſto Filio Noſtro certiſſima cœleſtis præſidij argumenta atq; ad propagandam Dei gloriam ampliſſimos triumphos largiatur; opes autem inclytæ iſtius Nationis ſuo Nomini fœderatas ſervet & augeat. Dum autem meritis Regii Principis in Sacroſancta Religione colenda, & Polonorum laudibus in eadem propugnanda aſſiduum incrementum, per myſtica etiam

etiam Pontificiæ remunerationis dona designatum adprecamur, Fraternitati Tuæ Apostolicam Benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ &c. die 13. Aprilis 1726, &c.

IV.

Dilecto Filio Nobili Viro Supremo Regni Poloniæ Mareschallo.

BENEDICTVS PAPA XIII.

Dilecte Fili Nobilis Vir Salutem &c.

PRincipum ac populorum fortitudinē fidemq; in Orthodoxa Ecclesia propugnanda, ijs solet hæc Sancta Sedes donis remunerari, quæ simul sint rerum strenuè gestarum ornamenta, & auspicia gerendarum. Dilectissimum igitur in Christo Filium Nostrum FRIDERICUM AUGUSTUM Regium Poloniæ Principem de suscepta cultaq; Catholica Religione egregié meritum, & Polonicam Nationem in eadem tuenda recentibus exemplis insigniter celebratā, Sacris muneribus *Ensis & Galeæ*, quib9 inter solennia Dominicæ Nativitatis gaudia ad Aram benediximus, donare decrevimus. Hæc autem dum libenti gratòq; animo ad illum mittimus, conceptas preces, quas more rituq; Majorum effudimus, Pàternis votis iteramus; fore sperantes, ut ad Divini honoris incrementum, & ad augendam Polonici Nominis

glo-

gloriam, rata sint piorum munerum Mysteria, ac Nobilitati Tuæ grata præcæteris supernorum auxiliorum armorumq; cœlestium auguria, quibus pignus adjungimus Divini præsidij Apostolicam Benedictionem, quam Tibi, Dilecte Fili Nobilis Vir, peramanter impertimur. Datum Romæ &c. die 13. Aprilis. 1726.

V.

Dilecto Filio Nobili Viro Supremo Regni Poloniæ Cancellario.

BENEDICTVS PAPA XIII.

Dilecte Fili Nobilis Vir salutem &c.

ZElus tuendæ Catholicæ Religionis præcipuum quidem fuit per omnes ætates potentissimi istius Regni Reiquèpublicæ ornamentum; nuper verò tam insigniter sese ille probavit, cum nullis heterodoxorum minis à proposito dimoveri potuit, ut non vulgare Pontificij amoris testimonium deposcere videatur. Propterea Sacra dona *Ensis & Galeæ* nostris benedictionibus Solemni huius Sanctæ Sedis more rituq; cumulata quæ destinare illa consvevit ad Viros Principes, quorum præclara extent in Orthodoxam Ecclesiam merita, ad Dilectissimum in Christo Filium Nostrum FRIDERICUM AUGUSTUM Regium

um Poloniæ Principem mittimus. Hæc autem ſicut fore vehementer cupimus nova Polonicæ virtutis ac pietatis eidemq; Regio Principi fortitudinis auſpicia & incitamenta, ita Nobilitati Tuæ, cujus ſunt in publicis Poloniæ rationibus partes inſignes, grati animi noſtri certiſſima pignora. Quæ dum paribus obſequentiſſimæ Nationis ſtudiis exceptum ac repenſum iri non dubitamus, Tibi Dilecte Fili Nobilis Vir, Apoſtoſtolicam Benedictionem peramanter impertimur. Datum &c. die 13. Aprilis 1726. &c.

Die igitur præmemorata; quæ in Dominicam 9. poſt Pentecoſten incidit, Sereniſſimus Princeps poſt piiſſimo exemplo abſolutam, ſeptimam è quindecim; Magni qui tum Varſaviæ ab octiduo inchoabatur Jubilæi lucrandi gratiâ quatuor Eccleſiarum ad id aſſignatarum, (nempe SS. Crucis, S. Joannis; PP. Societatis Jeſu, & PP. Prædicatorum) viſitationem: ex Palatio ſuburbano in Regiam Arcem ſe contulit, unde circa decimam horam, in maximo Procerum ac Optimatum Polonorum, tum & Legatorum exterorum concurſu; per ambulacrum, qood medium intercedit ad Eccleſiam Collegiatam S. Joannis Baptiſtæ proceſſit, præeunte D. Ablegati familiari, E*nſem* ſuperpoſito *Pileo* manu præferente. Poſtquam; ad locum Sereniſſimo Principi deſtinatum, ventum eſt ſtatim Summum Sacrum, (à Regia Capellâ concentibus muſicis decantatum) ab Illuſtriſſimo & Reverendiſſimo Vincentio

O [illegible] San-

Santino Archiepiſcopo Trapezuntino, Nuntio Apoſtolico; inchoatum eſt, (quod quidem Sua Regia Majeſtas, ex Regio ſuo ſuggeſtu deſurſum audiebat Sub totum hoc ſacrum; dictus familiaris; ad cornu Epiſtolæ; præmemoratum Enſem & Pileum; manu tenebat, omnibus conſpicuum; Poſt decantatum Evangelium; Libri Evangeliorum: Sereniſſimo Principi ad deoſculandum; traditio, prout & Patenæ, tum & bina, trino ductu incenſatio, per meum fiebat miniſterium. Finito Summo Sacro P. R. Miaſkowſki, cappâ & cappuccio rubris pro more Cubiculariorum SS. indutus brevem & concinnum Latino Idiomate, ſermonẽ præmiſit; deinde Breve Pontificium in manus Sereniſſimi Principis obtulit, qui illud reverenter acceptum mihi, alta voce prælegendum; præbuit, & fuit huius tenoris.

Dilectiſſimo in Chriſto Filio Noſtro FRIDERICO AVGVSTO Duci Saxoniæ Principi Regio Poloniæ & Electorali ejusdem Saxoniæ.

BENEDICTVS PAPA XIII.

Dilectiſſime in Chriſto Fili noſter ſalutem.

ETſi præclara illa veræ fotitudinis facinora, quibus ſeu nomini tuo claritas immortalis, ſeu

ſeu Poloniæ Religioni eximia celebritas parta eſt, digno hactenus laudum præconio hæc Sancta Sedes excepit; non ſinit tamen Paterna charitas, ut ſatis noſtro grati animi ſtudio factum eſſe cenſeamus. Cum itaq; admirabilem conſtantiam, quam in abijciendis olim & conculcandis erroribus præſtitiſti, novis indies pietatis exemplis amplius illuſtrare pergas, inclyta veró Polonorum Natio avitam tuendæ *R*eligionis gloriam inſigni præ cæteris argumento nuper adverſus heterodoxorum minas probaverit: nullo nos deferendæ laudis officio ſuperſedere debemus, imo ad novas prædicandæ virtutis impertiendæq; remunerationis opportunitates incumbere. Ad Te igitur, Dilectiſſime in Chriſto Fili Noſter, per Dilectum Filium Staniſlaum Miaſkowſki, quem ob eximias animi dotes hoc honore dignati ſumus. *Enſem & Galeam* mittimus, quibus more Majorum inter Natalitia Domini Sacra benediximus; minimè dubitantes quin Apoſtolicæ retributionis præmia nuſquam potuerint dignius collocari, quam apud Principem ampliſſimis & ſuſceptæ, & excultæ, & vindicatæ Religionis tam ſuis, quam publicis meritis cumulatum. Volumus autem ut hæc Sacra munera inter Miſſarum ſolemnia à Viro in Eccleſiaſtica dignitate conſtituto Tibi de more tradantur, quo amplius intelligas à Domino Exercituum per noſtræ ſervitutis miniſterium arma cœleſtis virtutis Tibi miniſtrari. Accingere igitur fortitudine Tua ad debellandos inimicos Crucis

 Chri-

Christi & Christiani Nominis hostes atq; ad gloriæ nunquam interituræ triumphos animum viresq; intende; ut Paterna simul & Polonicæ gentis æmulatus exempla, quod munerum nostrorum Mysteria designant, per gratiam Christi & rebus gerendis præstes & meritis operum consequaris. Rex autem Cœli & terræ cuius prælia præliaberis ratum faciat auspicium mystici doni & Apostolicæ Benedictionis quam Tibi Dilectissime in Christo Fili Noster, intimo Paternæ charitatis sensu impertimur. Datum Romæ &c. Die 13. Aprilis 1726.

Serenissimus Princeps lectum ut fuit istud Breve; è sede suâ ad altare processit, ibiq; coram Celebrante, (manipulo, casulâ ac tunicellâ spoliato, ac pluviali mitrâq; superinduto) in suo faldistorio sedente in pulvino genuflexus, per P. R. Miaskowski evaginatum, de Celebrantis hæc verba proferentis, manu sumpsit mucronem:

Solent Romani Pontifices, in anniversariâ Nativitatis Dominicæ celebritate, Ensem cum apposito desuper pileo, per Invocationem Divini Nominis & Apostolicam Benedictionem, solemni speciali q; ritu sanctificare. Congruit sanè, quam maximè Nascentis Christi festivitati antiquum istud ac venerabile Romanæ Ecclesiæ Institutum: Designatur enim, hoc pacte

pacto, conflictus ille pro nobis initus, in quo Vnigenitus Filius Dei, magno & mirabili æquitatis jure certando, naturam generis assumpsit humani, ut inventor mortis diabolus, per ipsam quam vicerat vinceretur; Nosq; eruti, de potestate tenebrarum, in Dei Lumen, transferremur & Regnum, Rationabile igitur est, ut sanctificatum hunc ensem, mucronem Domini, gladium Potentis, quem ad præcipuum Tuæ fortitudinis decus, Beatissimus in eodem Christo Pater & Dominus noster Dominus Benedictus Divinâ Providentia Papa. XIII. singulari Tibi Paternæ suæ benevolentiæ significatione elargitur Tu modo Serenissime Princeps, de Catholicâ Religione, multis nominibus optimè, merite, per ministerium humilitatis nosteræ pari animi devotione & alacritate suscipias.

Celebrans; collato in manus Serenissimi Principis gladio his verbis prosecutus est.

Firmetur in eo manus Tua atq; exaltetur dextera Tua, & sic per illum induaris virtute êx alto; ut ad confusionem inimicorum Crucis Christi, Sanctæq; Matris Ecclesiæ gloriam illucescant coruscationes eius orbi terræ, præstante eodem Domino Nostro IESV Christo; Qui cum Patre & Spiritu Sancto vivit & regnat Deus, in sæcula sæculorũ. Amen.

Celebrans, sumptâ è manu P. R. Ablegati; galeâ; capiti Serenissimi Principis eam; imposuit; in hæc verba prolocutus,

Accipe quoq; pileum, hunc, quasi galeam salutis, & munitionis in capite Tuo, ut Te jugiter, in die belli

belli Cæleſte lumen obumbret. Sit in Te, ſpiritus fortitudinis & conſilij, quatenus profligatis Orthodoxæ Fidei hoſtibus, veram intrà Chriſtianorum fines pacem ſtabilias, quam de Cælo, in terras invexit, Rex Pacificus, IESVS CHRISTVS Dominus noſter; qui cum Patre & Spiritu Sancto, vivit & regnat Deus per omnia Sæcula ſæculorum Amen.

Sic completâ Cæremoniâ, Sereniſſimus Princeps, ab Jll: & Rev: Nuntio, Celebrante, oſculo oris accepto; rurſus eadem via, qua venerat; ad Arcem Regiam, ijsdem; Proceribus ac aulicis comitatus (præferente; gladium ſuperpoſito deſuper pileo, Magn ac Gen: Dno. Ioſepho Alex. *Sułkowſki:* Suæ Regiæ Majeſtatis Succamerario; ac Sereniſſimi Principis Stabuli Præfecto;) reverſus eſt, ibiq; digniores è Proceribus: ad menſam ſplendidiſsimo apparatu, inſtructam; habuit; ſub quod convivium, primo loco, in ſalutem SS. D.N. Sereniſsimus Princeps propinavit; quo finito, ad Palatium ſuburbanum diſceſsit.

Anté; nuperrimum dein Sereniſsimi Principis in Saxoniā reditum, datæ ſunt Reſponſoriæ, ad ſupramemoratum Breve Pontificium, quod pro tenuis hujus opellæ coronide, appono.

San-

Sanctissime ac Beatissime in Christo Pater Domine Domine Clementissime.

POst oscula beatorum pedũ *Sanctitatis Vestræ* ac mei humillimã commendationẽ Multifaria, multisq; modis profusa in omnes *Sanctitatis Vestræ urbanitas* meũ *paulo* magis ab alijs obstrictũ devincivit animum, cum post unum, alterumve, à suis. p. m. Prædecessoribus *Paulo* III. ac *Vrbano* VIII. *Ensis & pilei* benedictorum, itidem Poloniæ, *Augusto* & Vladislao, Principibꝰ collationis exẽplũ, *Beatitudo Vestra*, trinum perfectum, inappretiabili, in me perfecit gratiâ. Hæc cælestis virtutis arma, *gladius spiritûs*, & *galea spes salutis*, per *Stanislaum Miaskowski*, SV. ab honore Cubiculi, omni ex parte clarum; acceptumq; transmissa, quoniam Anno *Iubilæi*, *Benedictus miles in bello* (a) illic mandavit *benedictionem*; cum *jubilo* cordis, & intimo teneritudinis filialis sensu, in Regni *Orthodoxi*, quasi corde, hâc Regiâ sede, à Reverendissimo in Christo P. Archiepiscopo Trapezuntino Apostolico S. V. his in oris Nuntio, eâ, qua fieri quivit solennitate, mihi tradita sunt. Proindé habens mucronem Omnipotentis lateri accinctum ac tegumento securitatis redimitum Caput, prælia Exercituum Domini lubens præliabor, fore haud dubius, ut in pristino S. V. nomine (b) oriatur mihi salus, *vincens ut vincam*. Quod ut fiat, divinam opera

(a) Prophetia Malachiæ Arch: Armacani de Benedi. XIII.

(b) Nomen. S. P. vincentius Maria.

opem invoco, velit me hujusmodi myſtici muneris dignum reddere, & *Beatitudinem Veſtram* pro ampliori gratiâ ſuâ & gloriâ noſtrâ diù ſalvam, vegetam, incolumemq; ad felix & diuturnum orbis Chriſtiani regimen, conſervare, quod intimo cordis ſenſu apprecor & maneo. Varſaviæ die XI. *Auguſti* MDCCXXVI.

Sanctitatis Veſtræ

Obedientiſſimus Filius

& Devotiſſimus ſervus

FRIDERICUS AUGUSTUS.

R. *P.* & E. S. P.

I. Z.





